25 opin. 169. quem ego ſequor per Doctor. Angeli in l. omnibus. ff. de iudicijs relati p incertum authorem poſt tract. diuerſ. de præſent. inſtrum. f. m. 61. & Aret. in l. ex ea parte in fine principij ff. de verbor. obligat. & per Canenſem d. ritu, num. 21. qui etiam hanc tenet partem quam ratione noua probat, quia gloſ. illa loquitur ſecundum iura

ra communia, ſecundum, quæ iura inſtrumenta executionem non habent paratam d. l. minor vigintiquinque annis ff. de minori, & ſic dum dicit aſtringi debitorem ad faciendum inſtrumentum, intelligitur non habens executionem paratam, & ſic non ad ritum. Et vlterius comprobo ex deſtructione eorum, quibus contrariam partem tenentes mouentur, videlicet quod quis Guarentigiam, obligationem in forma Camer. vel iuxta ritum in regno, non dicitur efficacius obligari, & in plus grauari, & ſit conſuetudo per Italiam apponi Guarentigiam in inſtrumentis, & in regno obligationem, vt quis conueniatur iuxta laudabilem ritũ M. C. Vicariæ, & formam Cameræ, ex qua conſuetudine ligari videntur contrahentes, & ꝙ ſi recuſant ita ſe obligare, & facere inſtrumenta, allegare, eorum turpitudinem videntur, & ideo non ſunt audiendi. Nam quod imò in plus grauetur debitorem, & efficacius obligetur ſub ijs formulis quam clariſſime patet, ob procuratorum conſtitutionem; eorumq; non informatorum de negotijs facilem confeſſionem, & ſic facilem cenſurarum periurij, & pœnarum incurſum, pro quibus grauius vrgetur debitor, nam in caſu contrauentionis, & non factæ ſolutionis alius pro eo condemnatur non inſtructus de negotio & ipſe debitor principalis inde ad ſolutionem cogitur, detinetur inſuper de perſona, & ſic carceratur etiam ſi bona offerat, vt infra dicemus in rubrica, vel facta liquidatione in carceres, num. 4. Quod non eſſet ſi apocha, vel alia ſcriptura obligaretur, quia non antea, & iuris ordine perturbato de perſona detineretur, quam ſi facta diſcuſſione, in bonis nihil reperiretur, vt notatur in d. à Diuo Pio §. ſententiam, & ſeq. ff. de re iudic., & per gloſ. in l. iij. §. tutores ff. de ſuſpect. tutor. incurritur peccatum ob non adimplementum promiſsionis iuramento firmatæ, vt per Sylu. in ſumma verbo iuramentum, & ſoluitur aliquid pluris debito ꝓ pœna, vt patet infra rubr. Perſonaliter in curia comparens actus contumac. num. 13. quod non ſolueretur ſi creditor ciuiliter, & ordinariè exequeretur. Nec obſtat conſuetudo allegata & quod contrahentes videntur ſe obligare ſub clauſulis conſuetis, quas notarij tenentur apponere, quia dico illud non procedere reſpectu conſtitutionis procuratorum, vt confiteantur debitum, & nomine principalis debitoris condemnetur, nec reſpectu iuramenti, quod notarius apponere non poteſt, niſi realiter præſtetur per ea, quæ in ſeq. rubr. n. 34. dicemus, atque

etiam

etiam declaro procedere predi ἑti, quando coram notario, iu- dice, & teſtibus ad hoc vocatis debitor cōtrahit debitum, ſecus ſi in eorum abſentia, & nullo habito ſermone de inſtrumento conficiendo, vt in caſu quæſtionis noſtræ: tunc enim non eſſet aſtringendus, niſi vt ſupra di- ἑtum eſt. Nec obſtat confideratio Galleſij, quod allegaret turpitudinem ſuam; dum ſ. vult creditorem diſtrahere per moras trium inſtantiarum; nam id ꝓcedéret, quando non eſſet metus pœnæ, cenſurarum, & periurij, quæ vt non incurrat, & vitet, poteſt licitè, & honeſtè ſe ab huiuſmodi obligationibus retra
26 here, & ſimplex tantum facere inſtrumentum creditori, & de duobus malis minus eligere, ca. duo mala 13. diſt. dixit gloſ. in c. hi qui 26. q. 2. & in cap. ſi quod verius 33. q. 2. ac quælibet mala perpeti, quā peccatum incurrere, cap. ita ne 32. q. 5. & cap. ſacris, quod metus cauſa, & etiam quia debitor ſe ipſum defendere tenetur, famam, ac fidem ſuam; dum enim ijs vinculis creditor ipſum ligare intendit, videtur eius fidem ſuſpe ἑtam habere, & iniuria eum afficere non aliter, quam js, qui approbatum fideiuſſorem quaſi idoneum recuſat, l. ſi vero §. qui pro rei ff. qui ſatiſd. cogan.
27 cum præſertim exaἑtio iuramenti, quod in hiſce inſtrumentis apponitur, non niſi à malo ſit, Matthæi cap 5. & cap. & ſi Chriſtus, de iureiuran. cap. ita ergo 22. q. 1. & c. ſuper hoc, de renunciat. Præterea non poteſt dici turpitudo in debitore, quādoquidem poteſt conſiderari negligentia in creditore, vt cautius non ſit negotiatus mutuādo, & habendo fidem de pecunia abſque ſcriptura publica ad reconuiucendum perfidiam, negationem, & dilationem, vt dixit Iuſtinianus in §. ſi tāta quiſquam in auth. de iuſtrum. caut. & fide.

(Adde. Et licet ad comprobationem præmiſſorum pro prima opinione videantur facere notata per d. de Franc. dec. 615. n. 3. ſeqq. vbi concluſit in S. C. fuiſſe deciſum, primum emphyteutam, qui obligatus eſt domino direἑto de facie ad faciem pro ſolutione canonis, & implemento promiſſorum, & conuentorū translato dominio direἑto pœnes alium, huic de facie ad faciem ſeſe obligari teneri, non tamē ex hoc videtur benè inferri ad caſum noſtrum, quādoquidē in ſpecie relata à d. de Franch. debitor iam erat efficaciter obligatus, & quo ad ſecundum contraἑtū non videbatur aſtringi ad plus, niſi quod per obligationem per eum faciendam de facie ad faciem per ipſum ceſſionarium inſtrumentum liquidari poteſt quod alias non

non autem quod obnoxius fieret pœnæ, ad quā non alias teneretur, vel vt eſecutiuè tenetur, ad quod non alias teneretur.)

Tu autem lector vlterius cogitato. Ioannes Paulus Galterius V. I. D.

## In publica forma ſumptum Rubr. II.

### SVMMARIVM.

1 *Inuocatio nominis Domini noſtri Ieſu Chriſti apponenda eſt in principio inſtrumen.*
2 *Inquibuslibet inſtrumentis, & contractibus loci conſuetudo attenditur.*
3 *Anni D. Noſtri, & per extenſum in inſtrumento ſunt apponendi.*
4 *Fraudibus eſt obuiandum.*
5 *Nomen Regis regnantis in regno, vbi ſit inſtrumentum eſt in eo aſcribendum.*
6 *Item dies, & menſis, quo ſit contractus.*
7 *Item indictio, & ea ſecundum loci conſuetudinē, n.8.*
8 *Indictio quid, & luſtrum.*
9 *Indictio quando in Regno in-*
10 *Natiuitatis Domini noſtri tempore quota currebat indictio.*
11 *Indictio vnde deriuetur.*
12 *Locus, vbi ſit contractus apponi debet in inſtrumento.*
13 *Inſtrumentum, vt dicatur publicum, à Notario cum interuentu iudicis, & teſtium confici debet.*
14 *Iudex regius ad contractus ſi in loco non eſt, an ſine eo inſtrumentum, fiat?*
15 *Notarius, qui eſſet etiam iudex amborum vice, & officio an fungi poſſit?*
16 *Teſtes inſtrumentarij à partibus rogati eſſe debent.*
17 *Inſtrumenti publici principium quale.*
18 *Notarius debet eſſe creatus ab habente poteſtatem.*
19 *Notarius oriundus ex terra Baronum an, & quæ inſtrumenta conficiat?*
20 *Capituli Regni. Non ſine prudentis limitationes.*
21 *Notarius vt quis creetur plures debet habere qualitates.*
22 *Notarius an, & quando inſtrumentum per alium ſcribere facere poſſit.*
23 *Teſtes debent deſcribi à Notario, qui ſe propria manu ſubſcribant, vel ſanctæ ſigno crucis ſignent: & quid*

ſi non deſcripti ſubſcribant, an valeat inſtrumentum? num. 24.
25 Teſtes quot numero in publico inſtrumento ſint neceſſarij?
Intellectus ad l. Domitius Labeo. ff. de teſtamen.
26 Libra auri quot aureis conſtet.
27 Teſtes inſtrumentarij debent eſſe omni exceptione maiores, & an, & quando literati.
Clericus eſt omni exceptione maior.
28 Inſtrumentum debet deſcribi in charta de bergameno.
29 Charta delititia papyracea.
30 Chartæ appellatione papyracea, & non pergamena venit.
31 Pactum, vt inſtrumentum in charta bombacina ſcribi, & liquidari poſſit, non valet.
Abbreuiatum an, & quando vitiet.
33 Inſtrumentum partibus corā teſtibus, dum rogitus ſit, legi debet.
34 Iuramentum, vel pœna inſeri debet inſtrumento.
35 Guarentigia fundatur principaliter ſuper iuramento, vel pœna in Regno Neapolitano.
36 Cignum ſuum Notarius apponat in inſtrumento.
Item illud mutare non poteſt, nec alterius ſigno vti.
37 Solennia inſtrumentorum in obligationibus penes acta non neceſſaria.
38 Modus, & forma introducti nouiter per regias prag. circa concipiendas obligationes continentes tàm debitum quantitatis, ac rerū quam fideiuſſionum.
39 Magiſtri actorum M.C. ſemper à iudicibus præſumuntur habere mandatum obligationes penes acta concipiendi.
40 Magiſter actorum vnius curię habentis iuriſdictionem limitatam non capit obligationes contra perſonas non ſubiectas.
41 Omnia noſtra facimus, quibus à nobis authoritas impertitur.
42 Obligatio penes acta ſiue contineant pœnam, ſiue obligationem quantitatis, ſiue miſſionem etiam ſine cauſa habet executionem paratā,

&

*& etiam in die feriato concepta.*

43 *Obligatio eſt actus voluntariæ iuriſdictionis.*

44 *Obligatio penes acta executioni an, & quando mandetur abſque partis citatione, & num.* 45.

46 *Apochæ directæ bancis paratam habent executionem facta recognitione.*

47 *Negans apochas banci vel literas Cambij, cõuictus qua pena multetur.*

VT inſtrumentum dicatur in forma publica ſumptum debet nonnullas continere ſolemnitates, cira quarum numemerum quoniam Doctores diſcordant, nos deſcripſimus infraſcriptas, quarum vna deficiente inſtrumentum in forma publica non dicitur, & conſequenter ad ritus formam executionem non merebitur. Et
1 quidem prima ſolemnitas eſt, vt in principio ipſius inſtrumenti inuocatio nominis Domini Noſtri Ieſu Chriſti apponatur, ita gloſ. in l. generali C. de Tabularijs, lib 10. & in auth. vt præponatur nomen Imperato. Bar. & Doct. in proœmio Digeſtorum, & Canoniſtæ in cap. 1. de fide inſtrument. quæ quidem inuocatio licet ſecundum Bald. in proœmio Codicis, quem ſequitur Frec. in tract. de præſent. inſtr. p. 1. n. 3. omiſſa, nõ vitiet inſtrumentum interueniẽtibus alijs ſolemnitatibus, tamen contrariam partẽ, quod imò ſit neceſſaria, vt ſine ea vitioſum dicatur inſtrume. tuetur Franc. Anton. de Robert. in conſiderat. prima, n. 5. in libello, quẽ de materia d. ritus 166. edidit; hodie n. adeo cõſueuerũt notarij hanc inuocationem in inſtrum. apponere, vt nunquam omittatur: inde ſtante hac laudabili conſuetudine inſtrumentum ſine ea integram fidem non obtineret; nã in quibuslibet inſtru. & contr. faciendis conſuetudo loci eſt attẽdenda, ſecundũ Bart. in l. ex ea part. n. 2. ff. de verb. obl. & hęc iuſta ſolemnitas ratione cõſuetudinis efficitur de ſubſtãtia, & omiſſa contractum nullum reddit, & dicit Felyn. in cap. 1. nu. de fide inſtrumẽtor. & hanc etiã partẽ ſequitur Bernardinus Pandus Grauinenſis in Commentarijs ad d. ritum declarat. 3. n. 11 p. j. ac Viui. lib. 1. cõ. op. 381. n. 4.
3 Secunda eſt appoſitio annorum Domini Noſtri Ieſu Chriſti vt in d. Auth. vt præpon. nomen Imper. & tenet Speculat. in tit. de inſtr. editio. §. breuiter n. 4. qui debent inſeri per extẽſum, non per numerum arith-
4 meticum (vulgò abacum) vt fraudes euitentur gloſ. in conſtit. Regni conſuetudinem, quã olim ſub rubr. de inſtrum. conficien. &

Affl.ibid. n.29.ſequuntur Frec. p.1.n.4.Grau.l.c.n.13.& Rober. conſid.prima,num. 6.

Tertia eſt nomen Regis regnantis in regno, vbi fit inſtrumentum, tex. in d.auth. vt præ-
5 ponatur nomen Impera.gloſ.& Doctores in l. iuriſgentium §.quod ferè ff.de pactis,Corſet. in tract. de poteſt. regia q. 46. & Grauin.d. loco n. 12.& Frec. vbi ſup. n.6. atque in terris Eccleſiæ inſeri debere annos, quibus Papa ſedit,dixit Specul vbi ſupra num. 8.& in Regno noſtro annos, quibus Rex regnauit,docuit Robert. dict. conſider. numer. 7.

Quarta, vt apponatur dies,
6 ac menſis, quo inſtrumentum conficitur, vt in l. j. C. de apoch.publ. lib. 10. & in l 3.C. de diuerſ. reſcript. Cagnolus in l.ſi librarius ff. de reg. iuris,Graui. d.loc.no.14.Robert. ibidem nu. 8. vbi dixit quod quando expedit, poſſet apponi hora diei, & locus loci; Verum ſi dies non eſſet in inſtrumento appoſitus; ſed in protocollo annotatus, valeret inſtrumentum, vt dixerũt Doct. in l.ſi finita, §. item videmus, num. ff. de damno infecto, & in l. de pupillo §. ſi quis ipſi prætori,ff.de oper. noui nunciat. ſequitur Frecc. vbi ſupra, num. 7. quod etiam allegat Lanfran. qui hunc decidit paſſum in ſua praxi, in tit. de inſtrumen. productione, nu. 45.

Quinta eſt, vt apponatur indictio, quæ ſecundum gloſ. in c. inter dilectos, verſiculo indictionis, de fide inſtrument. eſt
7 numerus annorum conſtans ex tribus luſtris, ideſt quindecim annis: (quinque n. anni faciunt
8 luſtrum l. item quæritur §. qui impleto ff.locati) apponiq; eam in inſtrumentis omnium primus iuſſit Iuſtinianus, & in d. auth. vt præponatur nomen Imperat. dixitq; Couaru. lib. 1. variar. reſolut. cap. 12. num. 7. apponenda autem eſſe iuxta loci conſuetudinem, vel ab incarnatione, vel Natiuitate Domini, vel alio tempore,docuit ſpecul. in §.1.num.5. Grau. loc.cit. num. 16. Atque in regno eam incipere à primo die Septẽbris cuiuslibet anni, dixit Robertus in plus ſemel citato loco, num. 9. inſcribenda igitur eſt propè cuiuſcunque inſtrumenti principium, & incipiendo à prima indictione anno primo dicatur indictione prima, & in ſecundo anno indictione ſecunda, & ſic vſq; ad decimumquintum, quo dicetur decimaquinta indictio, & deinde rurſus à prima indictione incipiemus, & ſic per-
10 petuo fiat: & eſt aduertendum ſecundum gloſ.prædictam,quod anno Natiuitatis Domini currebat tertia indictio, tribus enim ante annis exierat edictũ à Cæſare Auguſto, vt deſcriberetur vniuerſus orbis, vt habetur in Euan-

Euangelio Lucę cap. 2. hinc per add. ad gloſ. verſus ſequentes recenſentur.

Si per quindenos, Domini numeraueris annos
His tribus adiunctis indictio certa notatur:

Si nihil excedit quindena indictio currit, ſequitur Couar. vbi ſupra c. 12. num. 6. ideoq; ſi quis ſcire cupiat, an inſtrumentum ſit falſum per indictionem, videat quotus annus Domini, & quota indictio in inſtrumento apponitur, & faciat numerationem, & ſi indictionem milleſimo, ideſt anno Domini conſonam non inueniat, inſtrumentum erit falſum, gloſ. iuncto tex. in d. c. inter dilectos, tenet Lanfran. in prax. vbi ſupra num. 18. ſed ſi annus indictionis anno Domini, & ſic milleſimo non conueniat ibidem aſcripto præſumendus eſt potius error in indictione, quam in anno Domini, cum is ſit magis omnibus notus, quam indictio, Bart. in l. ſi librarius, vbi Dec. & Cagnol. ff. de Regul. iuris, & alij relati per Couar. vbi ſup. num. 7. & propterea hodie qui currit annus Domini 1598. quo hæc ſcribim' erit vndecima indictio vſque ad primum diem Septembris: ſi quidē annis M. D. computatis quidenis nihil ſupereſt nonagiuta etiā computatis quidenis nullus ſupereminet, reſtant igitur anni octo de milleſimo currenti, quibus ſi addantur tres illi, qui tēpore Natiuitatis Domini currebant, erunt vndecim, & ſic vndecima curret indictio vſque ad prædictum diem, & deinde in antea incipiet currere duodeci-
11 ma. Deriuatur autem indictio ab indico indicis, & ſic ab indicendo, ſeu iubendo, hinc ipſa dicitur iuſſum, ſeu præceptum, quo indicebatur populis, vt primo luſtro ferrum pro fabricādis armis, in ſecundo argentum pro ſtipendio militibus exoluendo, in tertio aurum quo neceſſitatibus Reipubl. ſubueniretur, erogarent ita Specul. vbi ſupra §. breuiter n. 5. dicebat. Couar. vero vbi ſup. n. 5. dixit in præmiſſa tria luſtra diſtingui indictionem, vel ad exemplum trinæ luſtrationis, cū decimoq; quinto quoque anno moris eſſet antiquitus Vrbem Romam luſtrari, & cenſus ſolutionis fieri ex M. Varrone lib. 5. de lingua Latina, vel quia indictio certi cenſus, aut collectæ ſoluendæ Reip. quintodecimo quoque anno fiebat, huiuſque ſummę ſolutio in tria tēpora tres (ſecūdū nos) pagas, ſiue tādas diuiſa p̄ſtabātur.

Sexta ſolemnitas eſt, vt appo-
12 natur locus in quo inſtrumentū conficitur, gloſ. in c. oblatę ſanè de re iud. lib. 6. Fely. in d. c. 1. n. 9. vbi dicit, ꝙ conſuetudo contraria non valeret, Afflict. in conſt. regni Baiolos num. ſub tit. de ferijs, & ſalar. Iudic. & notar.

ſequitur Grauin. in ſæpè citato loco, num. 17. dicen procedere idem in loco loci, Frec. vbi ſupra, num. 8. & Robert. conſid. allega. nu. 10. Viuius lib. 1. communio opin. 183.

( Adde Rotam deciſione 738. in antiquis, idq; non procedere in Hiſpania teſtatur Verall. dec. 98. p. 2. R.)

Septima eſt, vt interueniat notarius publicus, iudex ad cō-
13 tractus, & teſtes, vt in conſtit. regni Inſtrumentorum, robur. & ſub rubr. de fide, & auth. inſtrum. & in d. conſtit. Baiulos, qui notarius poſt deſcriptionem loci debet deſcribere nomen, & cognomen iudicis, & ipſiuſmet, & aliquando teſtium, qui interfuerunt, quando in calce non deſcribuntur; ſi vero in calce (vt frequentiori vſu ſeruatur) deſcribantur, tunc non oportebit apparere nomina, & cognomina; ſed ſat erit dicere, & infraſcripti teſtes, &c. pro vt ponit hanc
14 formam Rober. vbi ſup. n. 2. Verum quando in loco vbi inſtru. conficitur, non reperiretur iudex regius ad contractus, tunc inſtrumentum ſine eo poſſe fieri dixit Grauin. vbi ſup. par. prima declar. 4. num. 21. allegauitq; gloſ. in Longobarda de Scabinis, & Cancellarijs, per quam olim quando in loco non erat iudex ad contractus à Rege creatus, ſolebat per vniuerſitatem loci deputari iudex aliquis ex ciuibus optimi nominis, & famę, qui per annum deſeruiret, & in contractibus eo anno ibidem faciendis interueniret; & ego in Patria vidi aliquot inſtrumenta antiqua, aliqua vero infra ſexaginta annos in quibus ſcriptum erat, & talis de tali annalis iudex, & ſignanter vnum, quod fuit mihi ſummæ declarationis pro effectu, quem ſcio; hoc hodie non permittitur Regni Vniuerſitatibus, niſi ex cauſa ijs, quæ in d. prag. fin. de contract. enumerantur. Hic autem notandum eſt, quod ſi tabellio eſſet (quod
15 ſępè vidimus) etiam iudex ad cōtractus, non poſſet fungi duobus officijs vna, & ſimul ſecundum Iſern. & Afflict. in titulo Quæ ſint regalia verſ. magiſtratus, quos refert, & ſequitur Grauin. vbi ſupra, numero vigeſimo ſecundo ſed interueniet iudex in contractu ab eo non deſcribendo, & è contra. Quinimò cum ea clauſula expediuntur eorum priuilegia, vt ego vidi in priuilegio Notarij Io. Dominici Carini de terra Rendarum.

Octaua eſt, vt Notarius, &
16 teſtes ſint rogati a partibus, Bald. in lege prima, num. .... C. plus valere, quod agitur, & in lege contractus numero... Codice de fide inſtrument. Afflictus in dicta conſtitutione Baiulos nu. 29. ſequuntur Frec. vbi

17 vbi ſupra, num. 2. & Rober. num 16

(Adde. Et ſuas, quod in regno officium notarii nō dicitur vile, vt de iure communi ſupponitur ex l. vniuerſos C. de decurion. lib 10. & eſſe vulgatum in ore omnium teſtatur Oldrad. Bar. & alii relati per Card. Tuſchum in verſ. notarius concluſ. 69. non tamen dicuntur notarij habere dignitatem, vt cenſuit, & minus rectè poſt alios idem Tuſch. d. concl. num. 25. & ſecutus eſt R. Pat. Molfeſ. ad conſuet. Neapol. par. 10. de inſtrum. confectis per curiales q. 2. num. 4. cū dignitas importet nobilitatem vt patet per deciſ. de Franc. 11. & 564. quæ ex priuilegio Tarentinorum gaudent notarij & iudices ad contractus, vt in deciſ. de Franc. 438. ergo contrarium eſt in cæteris Regni locis: in quibus dicuntur egregii, quaſi extra gregem, ac extra viles homines ſint. Eorum tamen officium vti reipublicę neceſſariū dicitur digniſſimum, & non confertur niſi probis viris; neq; vilipendi, ſed honore dignum ab omnibus cenſeri debet, & antiquitus in Ciuitate Neapolis ad hoc officium aſſumebantur nobiles viri, vt ex chroniſtis præſertim Summonte patet de patre Siri Ioannis Caraccioli magni Regni Seneſcalli. Hinc fit quod ſi notarius aſcenderet ad Doctoratum, vt quidam familiaris meus, notariatus officium exercere non prohiberetur. Bal. in l. falſa demonſtratio ff. de cōdit, & demoſtrat, vbi Caſtren. Alex. Socc. & alii, quos probat Menoch. conſ. 908. num. 3. vol. 10. refertq; Molfeſ. loco citato num. 6. an autē, & quando Notarius poſſit conficere inſtrum. in alieno territorio, & extra locum de quo priuilegium non cantat adeatur idem Molfeſ. vbi ſupra q. 10.)

Vnde videmus initium inſtrumenrorum concipi per hęc verba. In nomine Domini Noſtri Ieſu Chriſti. Amen. Anno à Natiuitate Milleſimo, ſexcenteſimo octauo regnāte in nobis Sereniſſimo, & Catholico Domino noſtro Domino Philippo de Auſtria Dei gratia Rege Caſtellæ, Aragonum, vtriuſque Sicilię, Hieruſalem, Portugaliæ, &c. Regnorum vero ſuorum in hoc Regno.

feliciter. Amen. Die ſecūdo. menſis Nouemb. præſentis an- Indictionis in terra Altimontis Prouinciæ Calabriæ citra. Nos N. regius ad contractus iudex, talis N. publicus vbique per totum Regnum, vel in Prouincia calabriæ Regia authoritate Notarius, & teſtes infraſcripti ad hoc vocati, ſpecialiter & rogati, præſenti publico inſtrumento fatemur, notum facimus, & teſtamur, quod eodem prædicto die in noſtri præſentia



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

teſtes vaſſalli, & concipere poſſent inſtrumenta in damnum, & Baronis præiudicium ipſo nihil de contentis in inſtrumentis ſciente, & hæc quoad inſtrumenta. Quo vero ad obligationes alia eſt ratio, quod valeant cõtra vaſſallos obligatos Baron. quia hæ poſtquam ſunt conceptæ non redigantur per notarium in formam publicam, vt innuit litera dicti capituli non fine, vltra quod concipiuntur judice præſente, vel mandante & non præſumitur metu minis, vel ſuaſionibus Baronis, vel vaſſallorum, & Riccius allegatus à Molfeſ. totum contrarium dicit, & conformat ſe cum dicta deciſ. vt cap. prædictum in fine limitetur in obligationibus)

Pro vt quoque limitari in teſtamentis, ac codicillis dixit Annius filius ad d. ſingul. patris 244.

(Adde. Quibus licet aduerſentur conſiderationes factæ ad d. Marchione Tapia ad d. cap. num. 3. & ſeq. vbi quod appellatione inſtrumenti teſtamenta contineantur, ac in teſtamentis maior vigore ratio falſitatis ſ. m. 164. 2. tomo: tamen in teſtamentis limitat Maynardus loquens de capella Tholoſ. deciſ. 35. lib. 5. refert & ſequitur Ric. coll. 614. ego autem conſultus olim allegaui pro D. Marcello Pignatello, & Helena Falangola coniugibus contra teſtamentum D. Ioan. Baptiſt. Falangolæ Baronis Malucti confectum per not. vaſſallũa, llegationes ſi reperero in fine adijciam.)

Notes tamen, quod ſi duo Barones contraherent, vaſallus alterius tertii Baronis non ſubditus alterutri contrahentium, poterit conficere inter eos inſtrumentum, vt per Afflic. in d. Conſt. in locis demanii num. 14. Et non ſine cauſa ſuperius dixi, quòd notarius ſit ab habente poteſtatem, & ſic à Rege creatus quia notarii Apoſtolic. in Regno (vt latè ſupra rubrica prima num. 21. tetigimus) inſtrumenta in temporalibus non conficiunt. Notarius vero debet has
21 qualitates habere, vt creari poſſit, prima, quòd ſit maior decẽ, & octo annis, ſecunda quòd non ſit infamis, tertia quod non ſit ſpurius, quarta & vltima quod non ſit clericus, vel filius clerici, quas qualitates recẽſet Grauin. declar. 5. per totum ſubiungens etiam ſequentes ne ſ. ſit angarius, vilis, villanus, quas non requiri ex prædictis conſtat & experientiâ, & habetur remiſſiuè per Frece. p. 2. num. 4.
22 Is autem quando eſſet iuſto impedimento præpeditus, vel haberet poteſtatem ex Priuilegio, poterit ſcribi facere inſtrumentnm per alium, dummodo ſe poſtea ſua manu ſubſcribat, ſecundum Alex. conſ. 50. vol. 3. & in ſubſcriptione de ſua poteſtate

teſtetur; & ita pluries vidiſſe ſeruari aſſerit Robert. vbi ſup. num. 12. & ego quoque Neapoli, & pluribus in locis fieri, & ſeruari vidi, ff. intellige autem vt per Afflicin d. conſt. Baiulos. num. 37. & 38. vt ſi habet poteſtatem ex priuilegio, non oporteat facere de impedimento mentionem, ſi vero non habeat ex priuilegio, faciat de eo memoriam, quod impeditus multis negotiis fieri fecit præſens inſtrumentum per alium, cuius in ſtrumento ipſe interuenit cum dicto iudice ad contractus, & teſtibus infraſcriptis, & ideo ſe ſubſcribit, & ponit ſignum ſuum Crauet. conſ. 274. num. 13. Item itellige hoc in caſu in quo loquuntur Doctores prædicti, vel ſ. notarius per alium ſcribi facere poſſit inſtrumencum in forma publica, ſecus vero rogitum ſeu Prothocollum, ita Lanfrancus in praxi vbi ſupra num. 24. Doctor. in cap. inter dilectos, de fide inſtrument. & alii multi relati per Chaſſaneum conſ. 63. num. 31. & quod concordat cum Prothocollo meminiſſe debet, vt per Gramm. conſ. in ciuilibus. 3.

Decima ſolemnitas eſt, vt adſit deſcriptio, & ſubſcriptio
23 iudicis ad contractus, atque teſtium: & quidem deſcriptio eſt de iure communi introducta, vt habetur in l. fin. C. de teſtam. & l. generali, vbi gloſ. ſubſcriptio verò teſtium addita eſt p d. conſtit. inſtrumentorum robur, ita Freec. vbi ſup. nu. 15. & 16. & quid dicendum ſi notarius non deſcripſiſſet teſtes; ſed ii ſeſe inſtrumēto ſubſcripſiſſet? videas per Freec. p. 4. num. 5. vſque in finem dubitantem de
24 validitate inſtrum. Mihi autē placet ſententia Afflic. in d. conſtit. inſtrumentorum nu. 11. dicentis, quod ſi teſtes ſunt omni exceptione maiores valident inſtrumentum non obſtante deſcriptione eorū per notarium omiſſa.

25 (Adde. Licet autē ea conſtit. ſeruetur in Regno Siciliæ nihilominus in ciuitate Meſſanæ receptum eſt duos teſtes cum notarii ſubſcriptione abſque iudicis interuentu ſufficere per contract. 26. eius ciuitatis, iuxta quam iudicatum in D. S.C. in cauſa inter D. Marium, & D. Ioannem Villadecane Equitem nobilitate clarum, & omni virtutum genere refertum anno 1603. refert d. Marchion Tapia ad d. conſt. num. 6. & f. m. 159.)

Teſtes autem, ſi inſtrumentū continet ſummam ſupra libram auri, deberent eſſe tres, vltra iudicē ad cōtractus; quorum vnus ſi inſtrumētū adeſit nec inf. libram valeret, ſi vero continet ſummam infra libram, ſufficiūt duo, vt in d. Conſt. & adeo is numerus requiritur, quod ſi defecerit aliquis ex numero requi-

quiſito inſtrumentum non eſſet validum, & reus citatus non comparens nõ condemnaretur. ita Carau. in d. ritu 66. nu. 18.

(Adde. Circa quæ fuit dudũ dubitatum an liquidetur inſtrumentum cum duobus teſtibus, quod licet auri libram quoad capitale non excedat, tamen reſpectu tertiarum debitarum maiorem continet quantitatẽ pro qua liquidari proceditur? Et ad relationem M. C. fuit in D. S. C. deciſum quod ſic anno 1603 in cauſa ritu Romani, in qua fuit conſtitutionem contractus facti tempus reſpicere referente D. Tapia ad eam num. 3. cum ſdqq. fol. 158.)

Et inter hos duos vel tres an computetur notarius.

(Adde. Hinc autem ad intelligentiam l. Domitius Labeo ff. de teſtamen. ſcias quod.)

Tunc demum fungitur vice teſtis, quando contractus probandus eſſet per teſtes, quod ſi probandus eſſet per inſtrumentum authenticatum, tunc notarius non fungetur vice teſtis; ſed alius loco ſui eſſet ſubrogandus, ita Alex. conſ. 146. num. 9. volum. 2. gloſ. & Doctores in d. l. Domitius. Aret. in §. fin. num. 6. inſtit. de teſtamen. Purpura. conſ. 516. colum. final Vrſil. ad Afflict. deciſ. 134. num. 5.

26 (Adde. & hanc diſtinctionem in effectu ex pluribus alijs cotis refert, & ſequitur Molfeſ. ad Napod. p. 20. in tit. de inſtru. confect. per curiales Neapol. q. 11. per totum.)

Libra vero auri continet aureos ſeptuaginta duos de iure communi. l. quoties C. de ſuſceptor. & Archar. lib. 10. & aureus continet ſextam partem vnciæ §. fin. inſtit. de pœna temere litigantium, ſecundum Albericum Oliuam ſuper Archiep. C. Neap. ritu 25. num. 5. vbi multa de ſolidis, & libra, conſtat octuagintaſex ducatis, ſequiturq; Couar. in tracta. variar, collat. numiſmatum c. 4. vbi plura de libra, ac etiam Carau. ritu 16. num. 16. Ioannes Anton. à Leo de Fortiatis in l. quod te. ff. ſi cert. petat. verſ. & ſcias quod hodie fol. 15. & Viuius lib. 1. commun. opin. 76. num. 5. vbi etiam quod hodie centum, & ſeptem aurei faciunt libram.

27 Atque ij teſtes debent eſſe omni exceptione maiores, & ideo conſueuere notarij deſcribere tales clericos, qui quacunque exceptione maiores eſſe dicuntur, ſecundum Abbat. in cap. ad noſtram uum 5. de probatio. & in cap. in noſtra, num. ... de teſtib. refert Grau. p. 1. declar. 6. num. 35. exceptio autem hæc oppoſita, an quando militet, videndus eſt Frecc. p. 5. per tot. & maxime num. 27. in fin. clerici tamen licentia à ſuperiore obtenta adeſſe debent, quod ſi ea prętermiſſa interuenerint, nõ pro-

propterea inſtrumentum infirmabitur, ita Felyn. in cap. cum nuncius de teſtibus, refert & ſequitur Grau. declara. 6. nu. 34. cum tribus ſeqq. Vlterius teſtes debent eſſe literati, ſi in loco, vbi inſtrumentum celebratur, inueniri poſſunt, adeo quidem quòd ſi eſſet inſtrumentum ſubſcriptum, ſcripturis, ſeu potius ſignatum per illiteratos in loco vbi adſunt literati, ideſt, qui ſaltem ſcribere ſciunt, & hoc eſt notum iudici, tunc inſtrumentum ad ritus formam non liquidabitur, & ita Carau. d. ritu, num. 9. & nos inferius dicemus in 3. p. rubr. audiantur excuſatores, num. 18. Si verò non adſunt literati, ſufficit interuentus, & ſignatio crucis illiteratorum, ideſt ſcribere neſcientiũ de qua ſignatione notarius mẽtionem faciat hoc modo; ſignũ crucis propriæ manus talis idiotæ, idq; ex Andr. de Iſern. & gloſ. in d. conſt. inſtrumentorum verſ. aſſumuntur, per text. in l. fin. in fine. C. de iure de lib. refert, & ſequitur Robert. vbi ſupr. num. 13. & 14.

Vndecima ſolemnitas in regno eſt, vt inſtrumentum ſit ſcriptum in charta de pergameno, & per d. conſtit, Conſue-
28 tudinem, quam, de inſtrumen. conficien. alias tanquam ſuſpectum non faceret fidem, vt per Bal. in l. contractus, num.... C. de fide inſtru. neque contraria conſuetudo circa hoc attenderetur, hinc in charta hyerica, imperiali, regia, ſeu papyracea ſcribi non poterit, vt ad ritus formam executionem habeat, & ita Grau. p. 1. declar. 12. Robert. vbi ſup. num. 18. Frecc. loco præcitato, num. 14. & p. 14. in princip. charta autem de pergameno debet eſſe munda, & non immunda, qualis eſt de pergameno delititio, ſiue rato, in quo de facili abraſio, vel delectio fieri poteſt, ita Affliɑ. in d. conſt. conſuetudinem, quam num. 8. & Grau. vbi ſup. decla. 13. num. 77. affert rationem, quia charta delititia etiam pa-
29 pyracea eſt, vt probat text. in l. charthæ. ff. de bonor. poſſeſſ. ſecund. tabul. dum enim ibi dicitur quod delititia venit appellatione chartæ, præſupponit q
30 ſit papyracea, cum chartæ appelatione papyracea, & non pergamena intelligatur, l. librorum §. chartæ, ff. de legat. 3. & docet Alber. in l. ſacri affatus C. de mand. prine. Præ-
31 miſſa autem ãmplius, vt etiam pacto contrahentium fieri nequeat, vt inſtrumentum ſubſcriptum per notarium, iudicem, & teſtes in charta bombacina iuxta ritum præſentari, & liquidari poſſit per ea, quæ poſuit Frecc. p. 14. q. j.

Duodecima ſolemnitas eſt, vt facti ſeries in inſtrumento ſit ſcripta literis intelligibilibus, Alex.

Alex. in l. quicquid aſtringendæ. num. 5. ff. de verbor. oblig. Anchar. conſ. 242. Grau. declar. 10. num. 67. Robert. vbi ſupra, num. 11. in fine Frecc, loco millies allegato, num 9. qui ſubdebat, quod abbbreuiaturæ factæ non vitiant inſtrumentum dummodo poſſint legi, allegat Bald. in authen. quod ſine C. de teſtamen. ſi tamen non fiant per cyfras, & ſigna, hoc enim caſu, vitiarent, ita Alex. conſ. 153. vol. 3. & ſic in regno eſt diſpoſitū per d. conſtit. conſuetudinem, quamuis etiam, & cyfræ, & ſigna eſſent legibilia, & communia, inſtrumenta tamen communibus literis ſcribantur.

( Adde. Et ſi eſſet ſcriptum litera illegibili inſtrumentum non probaret ſecundum Ioan. Vinc. de anna ſing. 253.

Decimatertia ſolemnitas eſt,
33 vt coram teſtibus legatur inſtrumentum partibus, ita Felyn. in d. cap. 1. num 17. de fide inſtru. Afflic. in d. conſt. Baiulos n. 23. ſequuntur Frecc. vbi ſūp. nu. 13. & Robert. num. 17. quod intelligo dum contractus, & rogitus ſit primo loco, ſecus quando ſcribitur in forma probante, cum practica doceat etiam tunc altera parte inſcia ſcribi poſſe, ſenſit vbi ſupra Afflict.

Decima quarta ſolemnitas; ex qua in regno inſtrumentum
34 Guarentigiatum ( vt ſuperius diximus) efficitur, eſt, vt interueniat iuramentum, vel pœna vt per Frecc. par. 6. qui nu. 16. dicebat, quod licet omnes ſolemnitates præſumantur cum clauſulis ſolitis, tamen iuramentum vti ſolemnitas extrinſeca nunquam preſumitur, niſi probetur, & realiter adhibeatur, per l. ſi ſtipulatus §. Chryſogonus. ff. de verbor. obligat. Socc. conſ. 85. col. 3. num. 5. vol. 1. Nec illud Notarius in appoſitione clauſularum apponenere, vel extendere poterit, per conſil. 24. Soccini numer. 22. volum. 1, dixit Robert. conſid. 2. numero 2. per ritum M. Cur.

Item quod ſi qui debitores, qui eſt noſter 166. Nec etiam pœnam verè, & cùm effectu tēpore rogitus non promiſſam, vel appoſitā in inſtrumēto inſerere vel addere poterit, ſecūdū Afflic. in d. conſt. Baiulos n. 16.

35 Atq; Guarentigia (vt ſuperius quoque dicebamus) fundatur ſu per iuramēto, vel pœna, & ideo ſi produceretur inſtrumentum quantumuis liquidum, & publicum, & in eo non eſſet horum alterutrū, non poſſet dici Guarentigiatū, nec ad ritus prędicti formā executionē habere. Frec. vbi ſu. in pr. Gra. p. 1. decl. 11. n. 37

Decimaquinta, & vltima eſt ſolemnitas, vt notarius in inſtru
36 mento inſerat ſignum ſuum ſe ſubſcribendo. ita Specul. in d. titul. de inſtrument. edit §, breuiter, numero 11. gloſ. in §.

Item

Item lex Cornelia, Inſt. de publ. iudic. & facit text. in l. fin. C. de aſſeſſor. gloſ. in §. ſed inſtrum. in auth. de fide inſtrum. ſiue inſtrum. caut. & fide ſequuntur Grau. declar. 3. num. 8. Frecc. vbi ſupra, numero 11. Viuius lib. 1. comm. opin. 382. & Rober. num. 12. in fine, vbi illud etiam aſſerebat, notarium ſignũ ſuum mutare nõ poſſe per doct. Bart. in proœmio C. nec poſſe alterius notarij ſigno vti, ex Felyn. in d. c. 1. num 13.

Præmiſſa autem omnia licet requirantur etiam in inſtrumen
37 to cenſuali, vt paratam poſſit habere executionem iuxta pragmatic. Regis Alphonſi Primi, de cenſibus, & ibidem notata à Follerio in verſ. tanquam res iudicatas, num. 55. & 56. tamen non ſunt neceſſaria in obligationibus penes acta ſtipulatis, quæ ſine illis paratam habent executionem, vt dixit circumſpectus Regens, & Præſes de Franchis deciſ. 118. num. 7. adeo vt etiam ſine teſtibus olim conciperentur, & conceptæ valebant, ex quo fiebant iudice præſente, vel mandante Grau. p. 3. declar. 14. num. 36. & 37. de ipſius tamen mandato conſtare debebat, ſi ita ſine teſtibus conciperetur, & à parte opponeretur, quod non interuenerint, ita Grau. p. 1. declar. 6. num. 41. ideoq; vidimus de præterito ſubſcribi eas per iudicem, vel collegam. Hodie autem per duas pragmaticas D.
38 Franciſci de Caſtro aliter ſtatutum eſt circa obligationes cõtinentes promiſſionem rerum, vel quantitatis, vel etiam fideiuſſores, altera enim ſub datum vltimæ menſis Martij 1603. ſtatutum eſt, vt obligationes concipiãtur per actuarios, ita quod in fine ipſarum obligandi ſcientes ſcribere ſe ſubſcribant, & inde etiam duo teſtes pariter, qui aſſerant intereſſe, & cognoſcere obligatum ſi vero obligandi neſciant ſcribere, tunc loco ſui ſe ſubſcribat actuarius, qui aſſerat cognoſcere ipſum, alias non concipiantur obligationes ſub pœna ducatorum mille per actuarios perſoluenda regio fiſco, vltra damnum tale quale eſt reſeruandum parti læſæ cum dictæ obligationes aliter concipiendæ declarantur nullæ.

Altera verò ſub datum die 9. Maij 1603. qua declaratum eſt, pragmaticam prædictã habere vim, & robur quando concipiendæ ſunt obligationes continentes ſummam ſupra ducatos quinquaginta. infra verò quinquaginta ducatos ſufficiat ſubſcriptio ipſius principalis obligandi ſi ſciat ſcribere, quod ſi neſciat ſufficiat loco ſui, vt ſe ſubſcribat actuarius modo præmiſſo abſque teſtium aliorum ſubſcriptione.

39 Mandatum autem magiſtri acto-

actorum Magnæ Curiæ ſemper à iudicibus concipiendi obligationes habere dicuntur, vt per allegata ab Vrſillo ad Afflict. deciſ. 3.num.8.In patria autem mea & alijs locis eſt ſtylus, vt actuarius conficiat rubricam in principio, & inde capitanius, ſeu gubernator concedat licentiam, & ſe ſubſcribat propria manu,& tunc omnes obligationes in eo libro, & anno deſcriptæ dicentur iudice mandante conceptæ, & ſecundum eundem ibidem aduerte per doctrinam
40 Gramm. in conſ.ciuil.66.quod magiſter actorum vnius Curiæ habentis iuriſdictionem limitatam circa certas perſonas, non poteſt capere obligationes penes acta alterius perſonæ, in qua non habet iuriſdictionem; Quod ſi eſt verum,eſſet notabile contra obligationes, quæ cõcipiuntur contra exteros, & penes acta Curiæ Altimontis contra homines Caſalium.

Huiuſmodi autem concipi poſſunt in Curia, & extra Curiam ita, vt etiam in domo per actuarium, vel in ſtrata publica fiant: generaliter enim actuarij habent licentiam illas capiendi (vt præmiſſum eſt) ab officialibus, & eorum mandato captæ valebunt æquè ac ſi in eorum præſentia receptæ fuiſſent;
41 quia omnia noſtra facimus,quibus à nobis impartitur authoritas l. prima §. omnia. C. de veter.iure enuclean. Crau. d. declara. 14. par. 3. Afflict. deciſ. 135. & Carau. ritu 128. num. 12. & 13. Ampliatur autem huiuſmodi multipliciter, & primo ſiue concipiantur ſine cauſa ſiue cum cauſa, vt expendit Grauin 3. p. declar. 14. à num. 23. vſque ad 36. Amplia ſecun-
42 do ſiue contineant pœnam fideiuſſionum, ac ipſas fideiuſſiones, ſiue promiſſionem, vel quantitatem debitam. Vt in ritu 128 vbi Cara.in pri.& Grau.p.1 decl.20.Amplia tertio etiã ſi cõciperentur die feriato in honorem Dei obligationes (exceptis continentibus fideiuſſiones factas in iudicio) obligatio enim
43 eſt actus volũtarię iuriſdictionis, qui die feriato concipi poteſt, l. vt in die, & l. actus, vbi notatatur per Doct. C. de ferijs, & Carau. late vbi ſupra num. 14.

Amplia quarto etiam ſi non eſſent iuramento vallatæ (quod nunquam ex practica hodierna contingit) Afflict. dec.30.nu.4. & 6.Iuramentum autem in ijs operatur, vt etiam conceptæ parte abſente in cuius vtilitatem concipiuntur valeant;nam per illud quæritur abſenti;cuius intereſt per notata 7. queſt. 1. cap. quoties cordis & per Affli. deciſ. 135. num. 5. Et aliquan-
44 do executioni mandantur abſque partis citatione, vt in Magna Curia, Patria mea, & pleriſq;

Digitized by Google

riſq; in locis, vbi adueniente die ſolutionis, vel conſignatio facienda præcedente ſola creditoris, vel eius legitimi procuratoris incuſatione expediūtur literæ executoriales, vt per D. de Franch. d. deciſ. 118. in fin. Attenta autem hac practica, ſeu ſtylo limita eam, ſeu eum non procedere multipliciter, &

45 Primo quando obligatio non eſſet ſtipulata penes acta eius Curiæ, vbi accuſatio facienda eſt; tunc enim debet omninò citari pars ad dicendum cauſam quare obligatio non debeat exequi, vt tradit Isern. & Afflict. in conſt. Baiulus ſi furem q. 2. num. 3. & Robert. conſid. 2. nu. 3. & Carau. vbi ſupra, num 3. in fine, & nouiſſimè de Franch. vbi ſup. n. 19.

Secundo, quando obligatio eſſet antiqua, vt puta, quia decem anni à die Natiuitatis actionis tranſacti eſſent, quo caſu ſi citatus debitor comparens opponit ſatisfactionem, non ſit depoſitum; ſed aliter ſeruatur, vt dicam infra p. 3. rubr. Expediatur citatio, nu. 8.

(Adde. Sed quæro quid ſi obligatio fuit facta per laicum de ſoluendo certo tempore, infra quod effectus eſt clericus, inde adueniente tempore coram laico iudice comparuit creditor, & incuſat obligationem, expediriq; facit literas executoriales realiter, & perſonaliter; & executis bonis debitor petijt ad forum Eccleſiaſticum remitti an benè dicat? D. de Franch. deciſ. 616. dixit fuiſſe iudicatum, p. M. C. quod quoad diſtrictionem perſonalem remittatur, quo verò ad bona procederetur in magna curia: & contra decretum M. Curiæ fuit dubitatū per rationes de quibus in d. Deciſione, vbi cum dicatur quod pendet expeditio, credendū eſt quod pro clerico pręſenſit: quod ſi retēto eodem themate laicus ſit obligatus mediante inſtrumento, & effectus clericus citetur ſuper tenore inſtrumenti, & petatur remiſsio per Epiſcopū, an debeat fieri? Molfeſ. conſ. 20. 2. p. ad Napod. concludit in partem affirmatiuam, etiam ſi is clericus inde vxorem duxerit ex allegationibus V. I. D. Pauli Staibani ſui præceptoris.)

46 Inſuper eſt notandum, quod omnia, & quę dicta ſunt circa obligationes. quo ad executionem, procedunt in Chyrographis, qui diriguntur numularijs (vulgò polizze di banco) per diſpoſitionem, & extenſionem factam per regiam pragmaticā 13. Comitis Mirandæ cap. 2. & aliquid aduerſus eas opponens facta recognitione non auditur niſi facto depoſito, vel conſtitutus in vinculis, vt ibidem in prouiſionibus eſt videre, de cuius Prag. validitate in caſu ſimili vide Couar. lib. 2. var. reſ. cap.

Digitized by Google

cap. 11. verſ. eadem vero.

(Adde. Et quod pragm. prædicta habeat locum etiam ſi apoca non eſſet recognita, ſed pro recognita haberetur citato debitore ad recognoſcendum, & cõtumace effecto ſolitarum monitionum præcedentium vigore dixit ſacrum conſ. ſæpe iudicare D. de Franch. deciſ. 502. & D. Regens Marchio Tapia ad prag. 63. de off. proc. Cæſaris f. 249. quem vide referentẽ multas deciſiones, & in primis q̃ apoca directa banco habet executionem non modo ſi eſt ſubſcripta per debitorem, ſed inneſciente ſcribere ſi eſt ſcripta per alium de ordine debitoris cum ſubſcriptione trium teſtiũ qui recognouerunt, & deciſum in aula D. Octauiani Cæſaris. Idem quærit ibidem. Franciſus & Andreas fecerunt apocam directam banco ducatorum ducentorum ſoluendorum Petro. Petrus hanc girauit Dominico. & addidit ſe li predetti Andrea, & franceſco non pagaranno pagarò io. bancum noluit ſoluere quantitatẽ in apoca cõtentam Dominico: qui petijt à Petro, vt ſolueret, & pro obſeruantia d. prag. q̃ hodie eſt 63. de of. procurat. Cæſar. faceret depoſitum Petro replicante non eſſe prag. locum non facta requiſitione à primis ſcribentibus, vt ſoluerẽt. ſuper quo fuit deciſ. non eſſe prag. locum antequam ſcribentes requirerentur, & hoc ad relationem M. Curiæ, & pro deciſione allegat d. Tapia tex. in l. fideiuſſor. §. fin. ff. fideiuſſ.)

47 Has autem apocas banci, vel literas cambij negans cõuictus tenetur ad decimam debiti in ijs contenti, ſicuti ad vigeſimã tenetur negans apocam priuatã conuictus, vt eſt nouiter diſpoſitum per Regiam pragmatic. Comitis Oliuares editam de menſe Septembris 1598. Hæc de ſolemnibus inſtrumentor. Ioannes Paulus Galterius V. I. D.

## Secunda Pars Primæ Partis.

### Vel reaſſumptum. Rubr. II.

*SVMMARIVM.*

1 *Reaſſumptum quid.*

2 *Conſt. Baiulos habet locum in vltimis voluntatibus.*

3 *Ex Protocollo, & proprie conſiderato facienda reaſſumptio eſt num. 15. & an ex ſceda, vel protocollo exiſtente in faſciculis à n. 14. & 18.*

4 *Conceſſio iuxta ſupplicatiem concedenti factam intelligitur.*

5 *Protocollum quid, & vnde di-*

*dicitur n. 6.*

7 *Protocollum propriè, & impropriè conſideratur, & ſi propriè quid ſit. num.* 10.

8 *Notula, abbreuiatura, vel ſcada idem, & quid ſit, num.* 9.

11 *Protocolli ſubſtantialia quæ.*

12 *Titulus libri protocollorum Notarij qualis eſſe debeat.*

13 *Rogitus in protocolla infra quod ſpatium redigi debēt.*

16 *In odioſis ſtricta facienda eſt interpretatio.*

17 *Conſuetudo non ponendi contractus in protocollo; ſed in folio ſeparato an excuſet.*

19 *Practica quando allegaretur contractus reaſſumendi falſitas.*

20 *Notarius, & ad contractus iudex notabiles perſonæ dicuniur reſpectu teſtium.*

21 *Iudex, & notarius veniunt ſub teſtium appellatione.*

22 *Nuptiæ tertiæ, & quartæ adhuc ſecundæ dicuntur.*

23 *Inſtrumenta, vt reaſſumantur quot teſtes viuere debent ex deſcriptis in protocollo.*

24 *Practica circa reaſſumptionem, quando mortui ſunt teſtes requiſiti.*

26 *Inſtrumentum dotale, in quo viuit vnicus teſtis decreto ſolius S. Conſ. reaſſumitur.*

27 *Priuilegium concedi ſolet alicui notario, vt exequatur has reaſumptiones, à collaterale & S. Conſ. quando vnicus tantum teſtis viuit.*

28 *Notarius, qui de contractu non fuit rogatus an viuentis, & rogati notarij præſentis, vel abſentis apud hoſtes, & rebellis rogitum aſſummat? vel reaſſumat?*

29 *Qui reaſſumit contractum non completum tenetur pœna falſi, & caſus in facto.*

30 *Pupilli, & aliæ perſonæ priuilegiatæ circa reaſſumptio tionem beneficijs gaudent.*

31 *Teſtes non deſcripti; ſed qui in rogitu interfuerunt ſi viuunt deſcriptis mortuis an reaſumptio fiat citra diſpenſationem.*

32 *Si teſtis, qui in contractu interueniſſe deſcriptus eſt neget, an ſubſcribere ſe cogatur, & cui credatur notario an teſti num.* 34.

33 *Fides inſcriptionis teſtium de-*

*dependet ab auctoritate notarij.*

35 *Clauſula, ſeu pactum vt inſtrumentum poſſit reaſſumi contra formam conſt. Baiulos non valet, neque tenet.*

36 *Solemnitas à ſtatuto introducta, eſt iuris publici, cui pacto partiū non derogatur*

37 *Inſtrumentum ſemel in forma valida ſumptum ſemper reaſſumitur.*

38 *Quo pacto conſtet ſemel fuiſſe inſtrumentum ſumptū.*

39 *Scriptura notarij in protocollo facta probat circa aſſumptionem.*

40 *Notario aliquid dicenti, vel ſcribenti de inſtrumento creditur.*

41 *Scriptura in margine protocolli continens ſolutionem, vel receptum ſine die, & teſtibus minimè probat.*

41 *Reaſſumptio an fiat ex protocollo contractu cancellato in Baſtardello?*

43 *Vtile per inutile non vitiatur.*

34 *Cancellatio limitatur ſecundum cauſas cancellationis.*

45 *Abbreuiatura poſita in inſtrumento an, & quando poſſite xtendi.*

46 *Notarius reaſſumens rogitū notarij, mortui eum, vt reperitur, tranſcribere, non addere debet.*

47 *Inſtrumento per alium reaſſumpto ſi addatur quid vitiabitur additum tantum, & non totum inſtrumentum.*

48 *Notarius poteſt extendere clauſulas, & renunciationes ſolitas.*

49 *Extenſio fit per notarium dū inſtrumentum eſt in fieri.*

50 *Subintellectio clauſularum conſuetarum in quibus procedat.*

51 *An ſub dictione, & cætera veniat conſtitutum, & precarium.*

52 *Pœna, & iuramentum non ſupplētur, niſi realiter præſtentur, & promittantur.*

53 *Nemo aſſumat ſibi officium, ad quod eſt inſufficiens.*

54 *Tyberius Perronus cognatus Authoris apprimè charus.*

55 *Quoto ætatis ſuæ anno Author effectus eſt Doctor.*

56 *Statuta laicorum an includant clericos in materia reaſſumptionis remiſſiuè.*

57 *Statuta laicorum ſeruanda in cauſis concernentibus publi-*

*blicum ius, & an comprehendant cauſas feudales, pupillorum, & id genus ſimilia.*

58 *Mulier repetens dotem ſi remedio conſtit. eſt. excluſa, an aliud habeat?*

59 *Inſtrumentum ſemel publicatum amplius non infirmatur.*

60 *Inſtrumentum raſum, inductum, vel cancellatum an præſentetur ad ritus formam.*

61 *Contractus qui reſcindi petitur, an reaſſumptio fiat?*

62 *Citatus ſuper tenore excipiens, quod exhibeatur protocollum an audiendus?*

63 *Inſtrumenta reaſſumpta ex alijs iuſtrumentis publicis, & obligationibus penes acta executionem ad ritum merentur.*

64 *Error notarij an, & quando emendetur.*

65 *Protocollo, & inſtrumento in dubio circa ſubſtantiam contractus ſtatur.*

66 *Notarius negans contractū feciſse conuictus, qua pœna puniatur, & de practica in hoc caſu.*

IN Hac ſecunda primæ partis principalis videdũm eſt de materia reaſſumptionis inſtrumentorum. Creditor ergo, qui inſtrumentum in forma probante præ manibus non habet, & ſcit notarium, qui rogitum ſcripſit eſſe mortuum, iudicem, & teſtes ſuperuiuere, vel è contra ipſum viuere, & mortuos eſſe teſtes reaſſumi curet inſtrumẽtum in publica forma per alium notarium, vel per ipſum viuentem ſubrogatis alijs in præ mortuorum locum iudice, & teſtibus; At quoniam non ſemper notarius viuens, qui ſcripſit rogitum poteſt hanc reaſſumptionẽ facere ex mero eius officio, neque eo mortuo alius notarius, qui in rogitu nõ interuenit; ideo de hoc differere nos oportet reaſſumptionis materiam pertractantes. Verum cum Paris de Puteo, qui de ea ſatis vtilem tractatum edidit, definitionem contra ſcomunia præcepta non attulerit, neque alius poſt
1 eum; idcirco nos ita eam definiemus, vt reaſſumptio ſit actus iam in Protocollo redacti requiſitis in eo teſtibus, vel perſonis vita functis per Regium notar. qui eum ſcripſit, vel eo mortuo per alium ſecunda legitimè facta deſcriptio. Verba deſcriptio ſecunda actus ſtant loco generis, cætera vero verba ſunt pro differentijs. Declaremus verba ipſa, Dixi, Actus, ſubauditu tã

inter

inter viuos, vt ſunt omnes contractus, quaſi cotractus, diſtractus, & reliqua; quam vltimæ voluntates, vt ſunt teſtamenta, codicilli, donatio cauſa mortis, & id genus cætera. Conſtitutio enim Baiulos loquens in contractibus, quod locum habeat in teſtamentis, & vltimis

2 beat in teſtamentis, & vltimis voluntatibus dixit ibi gloſ. & Iſern. & Afflict. in deciſ. 166. vbi

3 Vrſillus. Dixi iam in protocollo redacti, quia niſi actus ſit in protocollo ſcriptus, facienda non eſt reaſſumptio, ita colligitur ex Prag. 2. de fide inſtrum. in ſupplicatione ibi (quando li contratti, ſeu teſtamenti ſi ritrouano eſſere poſti in protocol

4 li) nã conceſſio deſuper facta referenda eſt ad ſupplicationem & ſecundum eam intelligenda. ſ. quando actus in protocollo reperiuntur, iuxta text. l. ſi defenſor, §. qui interrogatus, ff. de interroga. action, & cap. inter dilectos §. cæterũ (ibi quãuis ex forma petitionis) de fide inſtrument. Ac protocollum (de quo Couar. prac. q. c. 19. nu. 2.) ex Petro Anchar. in conſ. 431. relato à Decio in conſ. 447. incip.

5 in donatione, ſit ſcriptura primæua, ex qua originalia partibus aſſignanda ſumi debent; vn-

6 de ſumpſit nomen à dictione Protos, quod eſt primum, & collum collocatio, quaſi quod ſit prima collocatio literarũ, ſiue ſcriptura contractus, ad gloſ. notab. in §. illud in Auth. de

7 Tabellion. refere Scaglion. in ritu M. C. 163. num. 5. idque propriè, & impropriè conſideratur, vt impropriè ſit idem q notula, abbreuiatura, vel ſce-

8 da, quæ eſt ſcriptura facta per Notarium tempore, quo fit cõtractus, illius tenorem, vel ſubſtantiam breuibus continens, atque quaſi ſummarius caſus contractus; & rogitus, & exemplum poſuit Lanfran. in praxi in tit. de inſtrum. Productione, n. 25. Petrus de tali vendidit Martino de tali vineam, ſeu aliam rem ſitam, &c. pro prætio tot ducatorum præſentibus talibus renũciauit, &c. q̃ ſcriptura nullã fidẽ facit ſecũdum p̃dictũ vbi ſup. & ſecũdũ aliquos matrix ſcripturę appellatur, teſte Bald. in rub. C. de fide inſtrum. nu. 39. conſueta fieri in Quinterniolo, qui alio nomine vocatur Baſtardellus per Felyn. in cap. quo niã contra num. .... de probat. vel in alio ſcartafacio, qui reperiatur in faſciculis, vel filza, quod ex Iſidoro relato à Grauin. p. 1. declarat. 9. num. 66. dicitur in-

9 ſtrumentum abbreuiatum adhuc ſub prælo emendandum, & in libro vltimam imponendo manum non adhuc redactum. Proprie vero ſit liber vbi ſeria-

10 tim Notarius ſcribit d. inſtrumentum primum, & notulam. Doct. in l. ſi quis ex argentarijs §. ſi initium, ff. de edendo, cuius

11 ſubſtantialia ſunt multa teſte

Bal. in l. contractus, num.... C. de fide inſtrum. vbi Salyc. & additio ad Afflict. in d. conſt. Baiulos, num.93. litera. G. Annus Domini, Indictio, dies, menſis, nomen, cognomen Notarij, ſubſcriptio eiuſdem ſignum, locus vbi celebratur rogitus. Nomen regis, vel Imperatoris regnantis, deſcriptioque teſtium. Liber autem debet confici ex pluribus quinternionibus, in cuius principio debent inſeri prædicta omnia ſubſtantialia; atque ſignum, quod cum quibuſdam alijs requiſitis poſtea in contractibus ſingulis de neceſſitate nõ eſt apponendum, ſed ſufficit, ꝙ fuerint in libri principio appoſita, pro hoc eſt inſigne conſ. Bart.163. Alex. conſ.153.nu.11.

12 Et titulus libri debet eſſe huiuſmodi, ſecundum Reg. prag. 2. de notarijs. Hic eſt liber mei talis notarii confectus ſub tali milleſimo, indictione, anno talis Regis in quo deſcribentur omnes contractus, teſtamenta, rogationes, de quibus anno pͣdicto coutigerit me fore rogatum ad quorum infraſcribendorum perpetuam fidem præſentem titulum ſcripſi manu propria, ſignoque quo in meis inſtrumentis vti conſueui, ſignaui

13 Atq; in protocolla rogitus debent redigi infra octo dies rogationis ſub pœna notarijs vnciarum centum, & priuationis officij, vt cauetur prag. 3. eod. tit. protocollum vero, antequã ad publicam formam redigatur ad ritus formam executionem non meretur, Canarius de execution. inſtrum. q. 3. refert, & ſequitur Grau. p. 1.decl.14. ideo ſicut ex eo protocollo impro-
14 priè (vt ſupra) conſiderato, & ex ſcæda negarunt faciendam eſſe reaſſumptionem inſtrumenti, vt fidem faciat, Nicolaus de Matarell. relatus à Bald. in d. rubr. nume. 4. & à Ioan. Andr. ad Specul. in tit. de inſtr. editio. §. videndum reſtat, nu. 4, verſ. in princip. ſequuti ſunt Lucas Penn. in l. rura q. 6. de omni agro deſerto lib. 11. Afflict. in d. conſt. Baiulos, num. 48. ac alij relati per diſcurſum à Gramm. deciſ.106. qui tandem in caſu noſtro per S. Conſ. dixit fuiſſe factam relationem Proregi, ſeu eius collat. conſ. inſtrumentum ex ſcæda non eſſe reaſſumẽdum, ita ex protocollo conſiderato
15 propriè facienda eſt, ſiue reperiatur in libro, ſiue in faſciculis, & late ego dudum exponebam. Actus iam redacti in protocollo propriè, & ſtrictè conſiderato. hoc eſt libro protocollorum, cum enim capitulum conceſſum Ciuitati Neapol. de quo in d. Prag. ſit derogatorium Conſtit. Baiulos, eſt odioſum argum. cap. 1. & 2. de filijs preſbyteror. & in odioſis ſtricta fa-
16 cienda eſt interpretatio l. quicquid aſtringendæ, ff. de verbor.

obli-

obligatio. verba ſunt propriè intelligenda l. iij. §. hæc verba. ff. de negotijs geſtis,& ſic intelligenda prag. & capitulum de Protocollo in libro,& hanc partem fundabam ex Alex. conſ. 153.num.10. 2. vol. vbi additio ad eum litera M.dixit quod cõſuetudo nõ ponendi contractus
17 in protocollo; ſed in folio ſeparato non excuſat, quia notarij Conſuetudinem inducere non poſſunt Abbas conſ. 53. lib. 2. maxime attenta d. Pragm. & capitulo in ordine 35. de quo in libro fol. mihi 92. Tamen quod illud cap. & Regia prag. illud
18 continens habeat locum etiam ſi inſtrumentum eſſet ſolummodo annotatum in faſciculis, referente Conſiliario Frecc. fuit in S. Conſ. deciſum in cauſa D. Io. Aloyſij Mormilis cum Ioan, Baptiſta de Campulo, in banca Palombæ de qua extat annotatio in margine dicti capituli in libro meo: & relatio illa facta à S.Conſ. Collaterali, de qua meminit. Gramm. d.deciſ. 106. potuit eſſe, quia erat ſcæda & potocollum, quod non contineba requiſita prædicta,ac ſubſtantialia alia,nec totalem perfectionem actus, vt in exemplo Lanfanchi.

(Adde. Et ſimile eſt, quod dicitur, per Sacri Conſil. Præſidem D. de Franch: deciſ. 567. & nos dicim' infr.hac rub.n.47)

Deciſio vero noſtra intelligitur concurrente perfectione contractus exiſtentis in faſciculis in folio ſeparato, vbi ſunt o-
19 mnia requiſita Duplicem vero practicam circa hãc materiam quando allegaretur falſitas cõtractus reaſſumendi, videto per Affli. deciſ. 113. & 165.vbi Vrſil. affert. concordantiam.

Vlterius dixi in definitione. Requiſitis in; eo teſtibus vita functis, vt inferam reaſſumptionem tunc demum fieri debere quando teſtes in actu neceſſarij in protocollo deſcripti ſũt mortui. verbi gratia. In teſtamento ſunt neceſſarij ſeptem teſtes, ſunt iam deſcripti in protocollo, verum antequam in publicã formam redigeretur per notarium mortui ſunt aliqui ex numero requiſito, tunc oportet fieri reaſſumptionem illius teſtamenti ex protocollo ſubrogatis alijs in numero oportuno in vicem, & locum præmortuorũ. Similiter in contractibus ſupra libram auri requiruntur tres teſtes vltra iudicem, & notarium infra vero duo, vt diximus ſupra rubr. prima num. 25. ſi horum deſcriptorum quis eſt mortuus, tunc non aſſumptio, ſed reaſſumptio facienda eſt ſubrogatis alijs, vt ſupra quando deſcripti ſunt in numero oportuno, & requiſito tantum: ſecus ſi plures, quia mortuis aliquibus ita quod ſuperſint neceſſarij tũc aſſumptio fit inſtrumẽti, & ideo adhibere ſolẽt plures teſtes nu-

mero oportuno partes, & notarij, vel euitent reaſſumptiones.
Dixi, vel perſonis, vt ſpeciali-
20 ter hoc verbo includam notarium, ac iudicem ad contractus qui vti notabiliores homines in hoc actu ſpeciali digni ſunt nomine, argum. l. itē apud §.hoc edictum, verſ. Ea enim. ff. de iniurijs in quorum præmortuorum vicem alius iudex, aliuſq; notarius eſſet ſubrogandus, licet ij appellatione teſtium cō-
21 prehendantur argum. l. Domitius Labeo ff. de teſtam. quam legem intellige, vt ſupra rubr. præcedenti d. num. 25.

Dixi. Deſcriptio ſecunda, quia id importat ea dictio reaſſumptio, quaſi quod ſi iterum vel rurſus facta aſſumptio. argum. l. redhibere. ff. de ædil ædicto. Nec obſtat ſi dicatur, ꝙ reaſſumptio importat ſecundā, & tertiam, & vltimam aſſumptionem, & ſic quod impropriè dicatur ſecūda deſcriptio; nam reſpondeo, quod tertia, & quarta aſſumptio ſatis dicitur ſecunda à præcedenti, ſicut dicimus,
22 quod tertiæ, & quartæ nuptiæ, ſecundæ à præcedentibus appellantur, vt per gloſ. Bal. & alios in rubr. C. de ſecund. nūptijs. Dixi, legitime facta, vt inferam non ſemper fieri poſſe reaſſumptionem mortuis teſtibus, vel notario, & teſtibus; ſed cum quadam modificatioue tradita per d. Conſt. Baiulos, §. caterū qua eſt cōſtitutum reaſſumi nō
23 poſſe inſtrumenta, niſi ad minus ſuperſint, & viuant duo teſtes ex ijs, qui in rogitu interfuerunt. Vnde ſi mortuus eſt notarius, & viuant duo teſtes, alius Notarius poterit reaſſumere contractum, & accedat ad domum hæredum notarij, perquirat libros, & protocolla præſentibus ijs teſtibus, qui iam interfuerunt, vel alijs, & contractum iam repertum in forma probante reaſſumat, & ſubſcribere faciat alium iudicem in locum, & vicem demortui, & teſtes viuentes, qui dicant, ꝙ interfuerunt in celebratione, & reaſſumptione, & alios vſque ad numerum congruum iuxta notata in prima parte rubricæ 2. num. 23. & ſeqq. qui ſubſcribant ſe interfuiſſe in repertione & reaſſumptione: ſi autem notarius viuit, & non ſuperſunt duo, ſed vnicus teſtis adhuc ipſe poterit reaſſumere ſuum rogitum mortuis alijs teſtibus, in quorum locū, & vicem ſubrogabit alios ſubſcribere eos faciendo, vt ſup. ita Afflict. in d. Conſt. n. 74. qui hac mouebatur ratione, quia conſtit dicit, quod pōt fieri reaſſumptio ꝑ aliū notariū ſi ſuperuiuunt duo teſtes; ſed notarius, & vnus teſtis ſunt duo, ergo pōt ex protocollo fieri reaſſumptio per eundē notariū arg. d. l. Domitius labeo, & ſic videtur rogatus, vt notarius, & vti te-

Digitized by Google

24 teſtis ſecundum Doct. per ipsũ allegatos,& hoc caſu non requiritur citatio partis ſecundum Grau. p.1.decl.8.n.46.niſi teſtes deſcripti reaſſumptioni contradicerent, & quando eſſent mortui vt in ſequenti caſu. Circa quem ſciendum, quod ſi vnicus tantum teſtis ſuperuiuit,tam iudex,quam notarius,atq; alij teſtes mortui ſunt, tunc ad Regẽ & ſic in Regno noſtro ad Excellentiſſimum Proregem,ſeu eius CollateraleConſilium nõ ſecus, quam in caſu, quo omnes mortui ſunt recurrendum eſt, quod quidemConſilium ex conceſſione facta Ciuitati Neapolis per Cæſaream Maieſtatem in anno 1532. die 28. Iulij, de qua in dicta Pragmatica ſecunda de fide inſtru. diſpenſare poterit ſuper Conſt. prædicta Baiulos, & hoc ex cauſis legitimis, & partibus ſummariè auditis, ſicut ante eã vidiſſe diſpenſari per Reginam Ioannam ſecundam refert Affli. in d.Conſtit. nu.79.vbi dicit, ꝙ inſtrumentum dotale, vbi erat ſolus notarius viuus fuit reaſsũptum per eũdem,& alias inſtrumentum dotale,vbi erat vnicus teſtis viuus: huiuſmodi reaſsũptio diſpenſatiua conſtitutionis licet poſſit per Regem ſolo libito voluntatis fieri per doctr.Innoc.in ca.cum ad monaſterium, n..... de ſtatu Monachor.& Ab. b.in c. diuerſis,nu.... de clericis coniugat.tamen per inferiorem à Rege ſine cauſæ cognitione expediri,& concedi non poteſt, & hoc ſentit gloſ. in cap.requiſitis 1. q. 7. & notatur in cap. 2. de ſchiſmat.In Regno autem eo iure vtimur, quod porrectis precibus Excellentiſſimo Proregi, ſeu eius Collaterał.Conſilio, fit decretatio Sacr.Regium Conſilium de ſupplicatis ſe informet, & referat cum voto. quibus oblatis Præſid. Sac.Conſilij, cauſa committitur vni ex Regijs Conſiliarijs, is autem inſerta forma ſuæ delegationis committit examen iudici loci, vbi eſt ſcæda notarij viuentis,ſiue mortui,qui ex diſpoſitione d. Pragmat. primæ de fide inſtrumẽt. deſumpta ex d.cap.cõceſſo Ciuitati Neap.& cap.Regni 290. Ne perſonarum, ad inſtantiam reaſſumptionem fieri petentis citata parte contra quam dirigenda eſt, ſiue dirigi poteſt actio oriens ex contractu reaſſumendo, & cuius intereſſe poterit, examinat aliquot teſtes ſuper legalitate, bona vita, & fama notarij iudicis, & teſtium prædefunctorum, viuentis, quando quis ſupereſt, & qualiter ille notarius & iudex dum vixere fuerunt habiti, & reputati notarius publicus, & iudex ad contractus, & eius notarij ſcripturis, & inſtrumẽtis fuit habita fides in iudicijs,&extra,formatis prius ſuꝑ hoc articulis debitis,necnõꝙ



Digitized by Google

ille talis teſtis viuus fuit, & eſt homo verax, & a falſitate prorſus alienus, atque liber Protocollorum, in quo eſt protocollum contractus, qui reaſſumi petitur eſt ſcriptus manu propria dicti notarij, quæ ſit nota alijs iudicibus, & notarijs loci, & ſignanter is contractus inferen-
25 do cauſam ſcientiæ. Quando autem ſolus notarius eſt viuus nõ requiritur tanta cognitio; ſed examinandum eſt ſuper concurrentibus vitam, & famam ſuam iudicis, & teſtium, & quod manus, & ſcriptura ſit nota vt ſupra, vt in d. prag. j. §. fidelitati veſtræ, qua informatione capta clauditur proceſſus, & ſigillatur atque cum literis dicti officialis dirigitur dicto regio Cõſiliario, q poſtea auditis ſummariè partibus refert in Conſilio, per q dirigitur Collaterali Conſ. relatio cum voto inſtrumentum eſſe, vel non eſſe reaſſumendum, de qua practica relationis teſtatur Gramm. d. Deciſ. 106. inde per idem Collaterale decernitur, vel quod non reaſſumatur, & hoc per ſolam taciturnitatẽ, & conceſſionem non factam, vel quod reaſſumatur contractus in formam publicam per illũ notariũ viuẽtem, vel eo mortuo per alium publicum, & Regium.

(Adde. Et latius de hac practica teſtatur D. Regens, & Marchio de Tapia ad conſt. Baiulos §. cæterum num. 1. f. 165. & nouiſſime aliqua vide per Molfeſ. p. 10. de inſtrum. confect. per curiales q. 13. per totam.)

Et ita habui in praxi cum eſſem Gubernator in Marchionatu Rendarum de anno 1593. in quadam reaſſumptione contractus dotalis, in quo deſcripti iudex, & notarius erãt mortui; ſed ex teſtibus vnus tantum ſupererat, ad inſtantiam Franciſci Antonij Maurelli Coſentini expedita commiſſione, & meus hac in re actuarius fuit notarius Cęſar Moreauallus de d. terra Rendarum. Hæc extra Ciuitatem Neapolis, intus vero minor adhibetur cognitio; nam Conſiliarius delegatus capta informatione, vt ſupra, refert in
26 Conſilio, & inde fit, vt prĕmiſſum eſt. Et inſtrumentum dotale, in quo viuit vnicus teſtis hodie decreto S. C. reaſſumi poteſt abſque licentia Proregis, vel Collateralis, quod aditum hoc caſu ſolet decernere S. R. Conſ. de iuſtitia prouideat, capta informatione de bonitate notarij, ita Thomas Nauclerius in add. ad Napodan in conſuetud. inſtrumenta confecta in gloſ. in
27 verſ. exemplari in fine. Scio tamen conceſſum priuilegium notario Scipioni Caſtaldo Neapolitano iam defuncto, vt poſſet hæc omnia exequi circa reaſſũptionem contractuum, in quibus vnicus tantum teſtis ſuperuiueret. Licet autem dixerimus reaſſumptionem per alium nota-

tarium fieri debere, quando pri-
28 mus, qui rogitum ſcripſit de-
functus eſt, non tamẽ nego, quin
etiam eo viuente alius ad reaſ-
ſumptionem faciendam admit-
tatur, puta ſi habeat ex priuile-
gio poteſtatem, vt impeditus
poſſit hanc reaſſumptionem al-
teri delegare, dummodo (vt ſu-
perius in aſſumptione diceba-
mus) in fine ſe ſubſcribat, vel
quoties eſſet notorio impedi-
mento occupatus, puta mente
* captus, ita de Franch. deciſ. 300.
in S. Conſ. deciſum refert, vel
eſſet abſens apud hoſtes, vt quia
rebellis, vt in Deciſ. Afflict. 6.
* Sac. Conſ. determinauit, vbi Vr-
29 ſillus Faſſus eſt Notarium, qui
reaſſumpſit contractum non cõ-
pletum, vt quia deficiunt ali-
qua requiſita. & ſignanter, quia
non lectũ partibus, vel ſtipulatũ
vel eiuſdẽ dedit copiam, teneri
pœna falſi, & quod quidam
pro copia data fuit condem-
natus per Magnam Curiam ad
relegationem per decennium,
de anno 1561. & inde in carce-
30 ribus mortuus. Et aduerten-
dum eſt, quòd quando petitur
reaſſumptio prædicta ſi pars pe-
* tens eſt pupillus, vidua, vel
aliter priuilegiatus, qui in pri-
mo termino non potuit proba-
re incumbentia, poterit gau-
dere primo, & ſecundo benefi-
cijs (quicquid Bald. in cap. 1.
§. fin. de controuer. apud pa-
res termin. tenuerit) quia non
procedit in forma iuditij, ſeu
via iudiciali, dixit in S. C. de-
ciſum fuiſſe Annius in ſing. 225.
& allegat. 84. num. 12. & 13.

(Adde. Et nouiſſimè hæc omnia refert Dominus Regens de Tapia vbi ſupra numero quinto & ſeq. vbi dixit in Sacro Conſilio fuiſſe deciſum, teſtamentum falſitatis exceptione oppoſita non obſtante cum caſſaturis, & lineaturis vt iacet reaſſumi.)

Verum pro declaratione pręſentis materiæ interſerã plures quæſtiones ex notabilioribus, &

31 Primò quæro quid ſi viuus eſt notarius, qui ſcripſit rogitum, tamen omnes teſtes deſcripti in eo ſunt mortui, ſuperſunt tamen aliqui, qui interfuerunt, & de eo teſtificantur, an ipſe notarius poſſit illum abſque licentia Regis (vt ſupra) reaſſumere? Et Bald. in conſ. 258. volu. ij. Paris de reaſſumpt. rubric. 6. Boer. deciſ. 36. num. 3. & alij relati per Grauin. par. j. declara. 8. num. 51. qui hanc partem tuetur etiam per §. cæterum d. Conſtit. Baiulos, dum inquit duorum teſtium, qui interfuerunt: & ſic non, qui in ſceda deſcripti ſunt, tenuerunt quod ſic.

Secundo pone, quod per aliquem petitur reaſſumptio ex protocollo notarij prędefuncti, in quo viuunt duo teſtes requiſiti per d. Conſtit. Baiulos, quorum

rum alter vocatus ſuper reaſsũ-
ptione dicit ſe non recordari, ꝙ
in eo contractu interuenerit, &
ideo ſe ſubſcribere recuſat; quę-
ro an poſſit ſe ad ſubſcribendũ
32 compelli? Dicas breuiter, quod
ſic per ea quæ notat Paris in
tractatu prædicto rubr. 24. ra-
tioque aſſertur, quia hic teſtis
reperitur deſcriptus in proto-
collo per notarium, & fidem
33 inſcriptionis teſtium depende-
re ab authoritate notarij dixit
Ioan. Andr. ad Specul. de inſtr.
editio. §. data videre; litera F.
num. 3. refert, & ſequitur Io-
annes Franc. de Leonard. in tra
cta. de varijs iur. deciſ. cap. 12.
num. 8. Capic. deciſ. 192. refert
Vrſill. ad Afflict. deciſ. 166. in
fine & à fortiori quando nota-
rius viuens inſtrumentum in pu
blicam formam redigiſſet, te-
ſtis negans nullo pacto inſtru-
menti fidem minueret, ſecun-
dum Innoc. in c. cum omnes, de
fide inſtrum. & in caſu contra-
dictionis crederetur notario, te
34 ſte eodem Innoc. & Ioanne An-
dr. in cap. cum Ioannes Eremi-
ta, de fide inſtrum. & dixit etiã
Bart. in l. 1. §. fin. quemad. te-
ſtam. aperian. & pulchrè Gui-
do Papæ deciſ. 140 Quando ve-
ro teſtes notario alias de fama
ſuſpecto contradicerent quid di
cendum, vide per ipſum vbi ſup.

Tertiò quæro in quodam con
tractu interuenerunt teſtes ne-
ceſſarij, vel plures numero re-
quiſito, qui vnà cum iudice ad
contractus ſunt mortui: verum
35 in eo adeſt hæc clauſula, ꝙ cõ-
trahentes ſponte voluerunt ro-
gitum ipſum poſſe reaſſumi, &
de eo confici vnum, vel plura
inſtrumenta parte citata, vel
non citata, iudice, & omnibus
teſtibus viuentibus, vel mor-
tuis: an mortui iudice, & teſti-
bus parte citata, vel non poſſit
hic rogitus abſq; licentia ſupra-
dicta per notarium in publicam
formam reaſſumi? Et ex Paride
in d. tract. rubr. 4. concludo in
partem negatiam, quia omnis
ſolemnitas à ſtatuto introducta
36 eſt iuris publici l. nemo poteſt,
cum ibi notatis. ff. de lega. 1. l.
non dubium C. de teſtam. & di-
xit Bald. in l. ius publicũ, n. ... ff.
de pactis, & omnia, quæ ſunt ad
ſolẽnitatẽ formalẽ act' ſtatuta,
sũt introducta ꝓ bono publico,
cui ſolẽnitati, vel formę bonum
publicum cõcernenti pacto par
tium derogari nõ poteſt. l. quos
prohibet ff. de poſtulan. l. j. de
teſtam. cum concord. per eum
allegatis. Vnde cum d. conſtit.
Baiulos cautum ſit inſtrumen-
ta eſſe reaſſumenda duobus te-
ſtibus viuentibus, ei non poſſunt
partes derogare, vt dixit gloſ. in
auth. vt fine prohibit. matres,
§. quia vero.

37 Quartò quæro. Ex protocol-
lo fuit ſemel aſſumptum inſtru-
mentum publicum, aſſignatum-
que parti, quæ illud perdidit,
&

& poſtea corã iudice petit reaſ-
ſumi debere, altera pars oppo-
nit, quod iudex notarius, &
teſtes omnes ſunt mortui,& per
conſequens ex diſpoſitione con
ſtit. Regni reaſſumi non poteſt,
quid iuris? Reſpondeo officio
iudicis ordinarii, vel delegati
de iure communi, & ex forma
cap. cum P. Tabellio, de fide
inſtrument. iterum aſſumi poſ-
ſe. Nec obſtat Conſtit. prædi-
cta, quoniam non loquitur in
caſu noſtro, quando inſtrumen-
tum ſemel ſolemniter ſump-
tum deperditum eſt: ſed quan-
do omnes teſtes, iudex, & no-
tarius ante ipſius aſſumptio-
nem ſunt mortui: atque ius
comune in caſu prædicto ſerua-
ri ſentit gloſ. in d. Conſt. verſ.
compellantur, & ita conclu-
dendo dixit Pariſ. rubric. 20.
incip. Quotidiana in d. ſuo tra
ctatu, vbi teſtatus eſt in quodã
libro conſtitutionum antiquo
reperiſſe gloſulam antiqui Do-
ctoris, quem Bartholomæum
de Capua fuiſſe aſſerit, dicen-
tis per illam gloſ. quod ea con-
ſtitutio non habet locum in
caſu præmiſſo, atque num. 15.
38 ſubiunxit conſtare poſſe inſtru-
mentum fuiſſe ſemel aſſumptũ
per ſcripturam eiuſdem nota-
rij, qui quando ex protocollo
inſtrumentum aſſumpſit, in
protocolli margine ſcribit. Fa
ctum, & aſſignatum, quę ſcri-
39 ptura ſecundum notata à Bar.
in l. ſi librarius, num. 4. de ff.
regul. iuris benè probat; ibi
40 enim dicit credi notario ali-
quid ſcribenti, vel dicenti de
inſtrumento, & in l. admonen-
di num. 33. ff. de iureiur. vbi
viſus eſt aſſerere iſtis rubricel-
lis in margine protocollorum
ſcriptis in his, quæ habent à
protocollo dependentiam cre-
di. per notata à Ioann. Andr.
ad Specul. in tit. de inſtrument.
editione §. poſtquam verſ. prę-
ſtito, num. 13. in addit. nota
quod prudentes, vbi affirmauit
credi notario, qui in proto-
collo ſcripſit. Tali die fuit da-
tum inſtrumentum: atq; etiam
aliis modis cõſtare poteſt, de
quibus per ipſum Paridem, vbi
ſupra. Hic autem non eſt ſic-
co veſtigio prętereundum, quod
41 ſi protocollum contineţ quid
inſcriptum in margine, quod ſo
lutionem, vel receptionem con
tineat ſine die, & teſtibus, in hoc
non probet, atq; ita in S.C. ob-
ſeruatum tradidit Annius ſing.
247. Quod nota.

Quinto ex præmiſſis quæro
petitur ab aliqua partium in-
ſtrumentum reaſſumi ex proto-
collo cancellato, in cuius mar-
gine dicitur. De partium volun
tate factum, & cancellatum, an
poſſit fieri reaſſumptio per a-
42 lium notarium? dicas, quod ſic
ea ratione, q̃a illa ſcriptura Ta
bellionis caſſata, & cãcellata nõ
fuit corã partib. vt reqrebat p§.
opor-

oportet in Auth. de inſtrumen. caut. & fide, & auth. vt præpona. nomen Imper. & cum non ſit facta in publica forma, non impedit quin reaſſumatur in-
43 ſtrumentum; vtile enim per inutile non vitiari explorati iuris eſt cap. vtile de regul. iur. in ſexto, cum ſimilibus, ita Paris in dicto tractatu rubr. 23. & latè per Marſ. ſing. 466.

(Adde. Subſequenter quæro, an raſura inſtrumenti, de cuius reaſſumptione agitur, ipſam impediat? reſpondeo negatiue nam de ipſius raſuræ veritate poſt reaſſumptionem in iudicio ordinario cognoſci poterit. d. de franch. deciſ. 495. ſed quid ſi dicatur inſtrumentum falſum, an inſtante parte poſſit iudex notarium prohibere, ne inſtrumẽtũ, donec aliter prouiſum fuerit reaſſumat? in affirmatiuam partem concludit Afflict. deciſio. 113.)

Sed quid? ſi in Baſtardello notarij mortui reperiatur contractus per ipſum notarium caſſatus, qui tamen in libro protocollorum poſitus, & ſcriptus eſt per extenſum non caſſatus: ex quo protocollo per aliquam ex partibus contrahentibus inſtrumentum reaſſumi inſtatur, altera opponente; quod quia in Baſtardello eſt caſſatus reaſſumi non poteſt, quæritur quid iuris? Dico poſſe reaſſumi per doctr. Bart. in l. pluribus, num. 1. ff. de ijs, quæ in teſtam. delen. & ratio eſt, quia cancellatio limitatur
44 ſecundum cauſas cancellationis l. cancellauerat ff. de ijs; quæ in teſtam delent. & cauſa cãcellationis eſt mos notariorũ qui ideo cãcellant in Baſtardello, quia completè in libro protocollorũ ſcripſerũt, ita Bald. in l. noſtram, num. 3. C. de teſtam. per quorum doctrinam ita firmat Paris vbi ſupra 25. rubrica.

Sexto quæro, Notarius ſcripſit rogitum, in quo omnia per extenſum non appoſuit, is petitur per partem reaſſumi in forma valida, an poſſit extendi breuiatura illa in protocollo poſita per hanc dictionem, & cætera? Et ex Paride in d. tract. rubr. 2. ſic diſtinguo, quòd aut ſumus in notario, qui eam rogationem ſcripſit, aut eo mortuo in alio, ſi in alio, qui non fuit rogatus, ſubdiſtingue, quod aut habuit, cõmiſſionem extendẽdi à partibus, aut nõ, ſi habuit potuit extendere in forma communi ſalua veritatis ſubſtantia, lege final. C. de fideiuſſor. l. is, qui ff. de teſtam. & ex ſua diſcretione, quando aliqua clauſula eſſet dicta prius, & appoſita in præcedentibus, ſecundum Bar. in l. Gallus, num ..... ff. de liber. & poſthu. & de conſilio ſapientis etiã ſi id partes promiſiſſent, aut nõ habuit in

com-

commiſſis, tunc breuiatura illa
non poteſt extendi, vel declara
46 ri ab eo; is enim reaſsumere
debet, & vt reperitur, traſcri-
bere, non autem addere, quod
ſi addderet. vel extenderet, tũc
47 inſtrumentum reaſſumptum
non vitiaretur in totum; ſed
illud additum, extenſum, detra
ctum, allegat text. in arg. in l.
ſi ex falſis ff. de tranſaction. &
Bal. in rubr. num. 42. C. de
fide inſtrum.

(Adde. Secuti ſunt Lanfranc.
in praxi de inſtrumen. product.
n. 26. Cotta in memorabilibus
verſ. notarii in breuiatura.

(Adde. Et vide d. S. C. præſidẽ
de Franc. deciſ. 567. quando eſt
cartula ſeparata à faſciculis, &
protocollis, & nõ continens cla
re, & expreſſe cõtractus ſubſtã
tiam, ꝙ fuerit in Sac. C. datus
terminus ad probandum incum
bentia ſuper veritate in inſtru-
mento contentorum, & etiã ſu-
per reaſſumptione, & extenſione
petita, & ad M.C. relationem
impedita liquidatio.)

Aut ſumus in notario, qui
rogationem ſcripſit, & tunc is
ſenſum, & intellectum contra-
hentium poteſt exprimere, &
extendere, dummodo non ex-
primat aliter, quam viderit, &
audierit, iuxta annotata per Af.
in deciſ. 245. n. 7. & breuiaturam
48 circa ſubſtantiã negotij nõ ex-
tendat: poterit tamen exprime
re, & extendere ſolitas renun-
ciationes, & circumſtãtias, quæ
apponi in alijs inſtr. conſueuere
per ipsũ, vel alios in ſimili ma-
teria, & iuxta eorũ formularia
& ſi in cauſa depoſiti facta eſt
breuiatura extẽdẽda per ipsũ, ſi
cut extẽdit in alio inſtr. cõfecto
pro depoſito, nõ aũt ſicut extẽ-
dit in inſtrumẽto venditionis, & ſi
nõ apparet de cõſuetudine ipſi-
us, quod vix hodie cũtingit cũ
notarij nouitij habeant ſinguli
ſingula formularia, & poſt ea ex
tenſiones (vt dicunt) cæterarum
inſcriptas, & exemplatas cũ ali
quot declarationibus) fiat extẽ-
ſio ſecundũ conſuetudinẽ gene-
ralẽ, ita Lanfr. vbi ſup. n. 26. quo
caſu inſtrumẽtum illud ita ex-
tenſum faſum non dicetur Alex.
in cõſ. 72. n. 2. vol. 2. idẽ cõſ. 127.
n. 10. vol. 5. & in conſ. 163. n. 11. &
alibi ſæpe, Soc. conſ. 94. n. 4. vbi
de com. opin. teſtatur vol. 1. Cra-
uet. conſ. 75. n. 4. conſ. 34. n. 5. Cot
ta in memora. ver. notarius Hyp
pol. ſing. 123. vbi limitat triplici
49 ter, & inter alias limitationes
eſt, vt id procedat, quando in-
ſtrumentũ eſt in fieri, ſecus ſi eſt
factũ, ſequitur vbi ſup. Cot. ver.
notarij in breuiatura firmarunt
quoq; præmiſſa Dec. in conſ. 449.
n. 24. & cõſ. 539. n. 3. atq; alij mul
ti relati ꝑ Gallos ad d. cõſ. Alex.
conſ. ſeq. 28. verſ. non poteſt
notabiliter præmiſſa limitan-
do declarabat, quod illud vul-
gatum de apponendis, vel in-
telligendis clauſulis conſuetis,
debet intelligi de ijs, quæ reſpi-
ciunt

ciunt executionem , vel clario-
rem elucidationem dumtaxat,
non autem de illis, quæ diſpoſi-
ſitionem, vel nouum effectum ,
qui alias non retineret, indu-
cunt : inde inferebant , quòd
quãuis alicubi mos regionis ſit,
vt in locationibus conductores
ſterilitatis periculum in ſe reci-
piant, tamen ſi illud non fuerit
expreſſum , non ſubintelligetur
nec notarius apponere poterit
niſi de hoc etiam fuerit rogatus
allegabant Ang. in l. C. locati.

Item notarius rogatus de fi-
deiuſſione non poteſt ſecundum
ipſum apponere clauſulas re-
nunciationis Epiſtolæ, vel di-
ſcuſſionis licet hoc ſit ſolitum
niſi de hoc ſit rogatus ex Bal. in
rubr. num.... C. de ijs , quæ in
fraud. cred. Similiter procura-
tor conſtitutus ad fideiubendũ,
non poteſt remittere exceptio-
nem ordinis, niſi habeat in mã-
dato , & ex Bar. in l. ſi frauda-
datur , ff. quæ in fraud. credit.
& ita in caſu fideiuſſionis (quic-
quid Iaſon in l. in libris C. de
collation.) dixerunt obtinuiſſe
in ſenatu , ſubiungentes tamen,
quod ſufficit notarium de ijs
fuiſſe rogatum in genere per D.
Bal. in dicta rubric. C. quæ in
fraud. creditorum, rogati qui-
dem videntur hodie in genere,
& adeſſe conſenſum contrahen-
tium, dum generaliter ipſi quã-
do ſtipulantur , & legunt con-
tractum ſemper dicunt ( e coſi
ne renunciate, e giurate) ſi enim
ita non eſſet , contradicerent
partes , de quorum agitur præ-
iudicio . Et quidem licet Alex.
in d. conſ. 28. num. 1. & Dec. in
51 l. contractus , num. 23. ff. de
reg. iur. dixerint , quod per di-
ctionem, & cætera, non induce-
tur conſtitutum, nec notarius
virtute illius poſſit extendere
conſtitutum , & præcarium :
tamen contrariam partem tue-
tur Fely. in c. cum inter nu. ...
de conſtitution. & in cap. cum
P. Tabellio, num.... de fide in-
ſtrument. & clarius, ac notabi-
lius Decius in conſ. prædicto
449. num. 24. cum ſeq. Gram.
Deciſ. 103. num. 109. Crauett.
conſ. 34. num. 5. & tandem
per doctrinam Tiraquelli, & a-
liorum docuit Vrſill. ad Afflict.
in deciſ. 139. vbi plus dixit, quod
ſi in inſtrumento in forma pro-
bante redacto non adſit conſti-
tutum , & præcarium , & nota-
rij mos fuerit in omnibus con-
tractibus illud apponere , ſub-
intelligetur, & obliuione omiſ-
ſum iudicabitur, & pro hac par-
* te retulit in S. Conſ. deciſum
de anno 1553. Die 20. Octobris
in cauſa aſſiſtentiæ contra ter-
tium poſſeſſorem non facta ex-
cuſſione principalis. Quod au-
52 tem pœna, & iuramentum non
ſuppleantur , niſi realiter præ-
ſtetur, & promittãtur, dixit Ia-
ſon in l. ex ea parte in princ. ff.
de verbor. oblig. ſecutus eſt Cot

ta

ta vbi ſup. verſ. notarius.

Verum circa præmiſſa notes, quod quando notarius ex imperitia, vel errore non appoſuit in inſtrumento ſubſtantialia; vnde pars aliqua fuit læſa, tenetur ad intereſſe parti, vt per Bart. in l. de tabulis num. ... ff. de tabul. exibendis, facit l. fin. ff. de magiſtrat. conuenien. & alia quæ notat Paris in d. tract. rub. 32. tenuit quoq; Lanfranc. in praxi, vbi ſup. num. 30. facit regula l. ſi quis fundum §. Cel-
53 ſus cum ſeq. ff. locati, quod nemo debet ſibi aſſumere officium ad quod eſt inſufficiens, ac etiã tex. in l. imperitia, & l. culpa eſt ff. de regul. iur. Ex quibus ego alias in patria potuiſſem agere contra hæredes notarij Sebaſtiani Ferrerij, qui in inſtrumento receptionis factæ ducatorum quinquaginta pro reſiduo dotium per Tyberium
54 Perronum virum Hieronymæ ſororis meæ non deſcripſit, niſi vnicum teſtem. ſ. iudicem ad cõtractus, & fideiuſſores, à quibus eo inde mortuo recuperare nõ erat poſſibile: at nolui ꝓpter affinitatẽ inter me, & dictos hæredes exiſtentem, ſicut etiam nolui agere contra fideiuſſores pro reſiduo dotium conſumptarum, ne verbis, cum re non poſſem, laceſſirem famam præmortui, cui volui vt parceretur ob ſingularem eius in me amorem, & curam, qua me ſemper hortabatur ad doctoratus gradum, ad quem fui, Deo iuuan-
55 te (ipſo tamen menſibus ante vndecim defuncto) aſſumptus die nono Ianuarij ætatis meæ (cum natus fuerim 19. Ianuarij 1567. die Dominico hora diei decimaſexta) anno vigeſimoſecundo.

Septimo pone, quod repe riuntur aliqui contractus confecti inter laicos, & Eccleſiaſticas perſonas, ſiue Eccleſiam, deinde mortuo notario, qui illos ſcripſit, ac etiam omnibus iudice, & teſtibus, petitur ab Eccleſiaſticis reaſſumptio per alium
56 notarium fieri Quæro an poſſit non obſtante Conſt. Baiulos? Et dicas quod vt dicit Paris in d. tract. rub. 9. per doctrin. Ioan. Andr. in cap. fin. de operis noui nunciatione, & in c. Eccleſiæ Sanctæ M. de conſtitution. vbi concludit in cauſis concernentibus publicum, ius ſiue vtilitatẽ in cauſis fiſcalibus, feudalibus pepillorum, atque debilium in rubr. 10. vbi ſcribit practicam obſeruandum, quæ loquitur in ordinario loci, & ideo Ego ex præmiſſis teneo, quod per eum id expediri nequeat, niſi ex delegatione, de qua in ſuperioribus. Idque etiam intelligo, quando mulier viro prædefuncto dotes repetit, & inſtrumentum dotale mortuis notario, & teſtibus reaſſumi ex ſola famæ probatione petit quicquid Paris rubr. 12. dixerit, qui dum in

rubr.

Digitized by Google

rubr. 5. incip. 'Quædam mulier dicit, quod hoc caſu ipſa poterit alia via dotes repetere ex ſolo. ſ. Protocollo etiam nullis ſuperuenientibus, agendo ſ. in foro Eccleſiaſtico, in quo cum non ſeruetur Conſtitutio Baiulos, & de cauſa pia tractetur, ſolum protocollum probabit, quoties tamẽ principaliter pro dote ageretur per doctr. Ioann. Andr. Hoſtienſis, & Innoc. in cap. prudentia, de donat. inter virum, & vxorem, & Imolæ in l. 4. ff. ſoluto matrimonio per tex. in c. ex literis, de pignor. Anverum ſit in practica, cogita. nam obſtat doctr. Abbatis, de qua per Felyn. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ de conſtit. num. 58. & communis opinio Doct. ibid. ab eo allegatorum, quod quæſtio dotis mota ſeparatim abſque aliqua diſputatione matrimonij ſit mere ſæcularis.

(Adde. Non tamen omittas notare quod circa feudalia Afflict in d. Conſtit. Baiulos n. 14. verſ. & idem dico, cenſuit hanc conſt. non habere locum in rei feudalis inſtrumento, quoniam ſi feudum eſt quaternatum notario, iudice, & teſtibus vita functis reaſſumi non prohibebitur per tex. in cap. in generali ſi de feudo defuncti & c. notat; ibi ad Andream Epiſcopus Nicoteræ litera E. verbo in generali.)

Octauo quęro, an inſtrumentum reaſſumptum abſque protocolli exiſtentia iuxta formã ritus pręſentetur? Et breuiter diſtingue, quod aut fuit reaſſumptum antequam protocollum amitteretur, vt quia poſt confectum inſtrumentum protocollum non apparet, & dico, quod inſtrumentum reaſſumptum, ad ritus formam pręſentari poteſt:
59 inſtrumentum enim iam publicatum non infirmari dixerunt Alexand. numero 7. Iaſon, num. 5. 6. & Dec. num. 24. in authen. ſi quis in aliquo C. de edendo, & alij, quos citat, & ſequitur Grau. p. 1. declar. 9. n. 63. Aut vero fuit facta reaſſumptio protocollo prius amiſſo, & non exiſtente, & tunc non poſſe præſentari dixit Grauin. vbi ſup. nu. 62. ex Alex. conſ. 157. viſis volu. 7. Grammat. deciſ. 106. & aliorum doctrina.

Nono quæro, an inſtrumentũ raſum, inductum, vel cancellatum, vel in quo fuerit remiſſ
60 ad inferius ſcripta iuxta ritum noſtrum poſſit præſentari? Et dico, quod non, ſi illa inductio eſt recens in loco ſubſtantiali, ſuſpecto, in quo vertitur dubitatio, per gloſ in l. prima §. fin. verſ. muribus. ff. de bonor. poſſeſſ. ſecund. tabulas. Doct. in l. fin. C. de edicto D. Adriani tollen. Alexand. in conſil. 14. n. . . . volum. 6. 104. num. . . . & 175. n. vol. 7. id tamen plures recipit

Fal-

Fallentias, &

Primò fallit, ſi quid inductio, vel raſura contineret, per ſcripturam in alia parte inſtrumenti comprehenderetur, cap. cum olim extra de cenſibus.

Secundo fallit, quando, ex præcedẽtibus, & ſubſequẽtibus veritas colligi poſſet, vt dicit Ale. in d. cõſ. 14. & Gram. cõſ. 73

Tertiò fallit, quando ex alio originali approbaretur, quia fortè fuerunt duo inſtrumenta, Iaſon in d. l. fin. num. 19. vel veritas teſtibus confirmaretur, teſte Felyn. in c. ex literis, num. de fide inſtrum.

Quartò quando notarius teſtaretur ſe illam inductionem ex errore feciſſe, ita Bart. in d. l. j. §. fin. ff. de bonor. poſſeſ. per text. in d. l. prima. ff. de ijs quæ in teſtamen. delent. Et in remiſſione ad inferius ſcripta, fallit, ſi apparuerit eiuſdem notarij manu eſſe conſcripta, & ſumus in ijs, quæ ad tabellionem pertinent, ita Doct. in l. fin. & Felyn. in d. c. ex literis, num. 10. verſ. Quinta declaratio. has & alias limitationes videto per Socc. verſ. Abraſio infallentijs, & Grauin. p. 3. declar. 3.

61 Decimò quæro. An debeat in publicam formam redigi, vel reaſſumi inſtrumentum, quando contractus petitur reſcindi? Frãciſcus Marcus dec. 44. p. prima Bertrand. conſ. 43. volum. 1. Rebuff. in tract. de liter. oblig. art. 1. gloſ. 9. num. 51. dixere * quod non. Contrarium vero deciſum fuiſſe in Sacr. Conſ. refert Ann. in ſing. 252. quinimo quod reaſſumptum liquidetur via ritus pro cenſibus, & lite pendente ſuper reſciſſione illius ex aliqua cauſa, & pacto ad inſtantiam reſciſſionem petentis, dixit fuiſſe in eodem S. Conſ. deciſum de Franch. in deciſ. 373. quod nota *

62 Vndecimo quæro quid ſi quis præſentauit inſtrumentum cõtra debitorem, qui citatus cõpareat, & dicat quod exhibeatur protocollum, quia intendit inſtrumentum præſentatum redarguere de falſo; an contra creditorem præſentantem audiatur ita, quod interim retardetur liquidatio? Et reſolutiuè dicas, quòd non tenetur ad hoc præſentans, & debitor audiri nõ debet, licet iudex ex officio, ſi videat aliquam ſupitionem, notarium ad protocollum edendum cogere poſſit, vt per deducta per D. de Franch. in deciſ. 194. videre datur

(Adde. cuius deciſ. cum alijs multis meminit D. Reg., & MarchioTap. ad cõſt. inſtr. n. 10. f. 160

63 Duodecimò quæro, an inſtru. in publica forma reaſsũptũ ab alio inſtrumento publico, & in forma valida exiſtente in caſibus permiſſis, mereatur executionem ad ritus formam? & ſimiliter an inſtrumentũ reaſſumptum per notarium ex obliga-

 tio-

tionibus, vel alijs actis publicis iudicis authoritate ad dictum ritum præſentetur? Et ex Canar. quæſt. 37. Frecc. p. 14. q. 2. dico quòd ſic, quia ritus in ijs quoque verificatur, dum dicit in principio, ex quibus ſunt inſtrumenta publica, & hec quoque publica ſunt, vt patet ex dictis in prima rubrica.

64 Quid vero dicendum quando notarius iam edidit inſtrumentum in forma publica, & errauit in eo, vt quia quædam appoſuit, quæ in protocollo nō extent, vt velit errorem ſuum corrigere oſtendendo protocollum, vide per Bart. conſil. 208. volum. 1. & per Lanfran. vbi ſu-

65 pra nu. 31. Et quod ſtetur protocollo, & nō inſtrumento inde ſumpto in forma publica quando dubitatur circa ſubſtantiam contractus, dixit idem Lanfran. num. 21. & 25. per doctr. Baldi in l. Sempronius Proculo, ff. de lega. 2. Alber. in l. contractus, C. de teſtament. & tandem tenuit idem Socc. conſ. 199. vol. 2. in princ.

Decimotertio, & vltimo quę-

66 ro quid dicendum. Vnus ex contrahentibus petit copiam vel aſſumi in publicam formam contractum venditionis, vel alterius à notario, qui ſtipulatus eſt illum, notarius dicit, Ego non recordor quod de hoc contractu fuerim rogatus, nec habeo protocollum ſuper eo. Dicas quod compelletur notarius exhibere omnes libros protocollorum, & ſi reperitur contractus quæſitus, extrahat copiam, vel inſtrumentum, ſi vero non, pacaro ſit animo; verum ſi probauerit per teſtes rogationem, contractum per eum factum, punitur de falſo, ita Bart. in l. fin. num. .... C. de edendo, & in l. eum, qui num. .... C. de falſis refert. & ſequitur Lanfran. vbi ſup. num. 29.

(Adde. Et pro coronide ſcias, quod licet deficientibus ijs requiſitis inſtrumentum in publicam formam reaſſumi nequeat tamen contractus in eo contentus in totum non corruet; ſed in iuditio ordinario verificabitur cū alijs adminiculis ex eodē ꝓtocollo, q͂ mortuo notario ſemiplenam facit probationem, vt per d. conſ. Rouitum ad. prag. primam num. 12. & 15. de fide inſtrument. ſi ſubiungam reaſſumptionem concedi per S. C. abſque cauſæ prædictæ cognitione, de qua ſupra num. 24. & 25. in caſu qui per Capic. deciſ. 171. recenſetur.)

Et hæc ſufficiant quo ad hāc partem. Ioannes Paulus Galterius V. I. D.

Ad-

## Aduertat ad debita, & cauſes in eo contentas.

## Rubr. vnica

*SVMMARIVM.*

1 *Liquidum vnde dicatur, & liquere quid ſit.*

2 *Illiquidum quot modis aliquid dicatur.*

3 *Oblatio ſola adimplenti in iudicio ſufficit.*

4 *Practica quando debens cõſequi pecuniam quid promiſerit.*

5 *Debitor ad diem poteſt ante diem conueniri, vt ea, vel conditione adueniente ſoluat.*

6 *In annuis redditibus creditor agere poteſt, vt debitor ſoluat, quod de præſenti debet, & in futurum cõtinuet.*

7 *Practica circa petitionem, & repetitionem dotis, & num. 13. 14. 15.*

8 *Instrumentum continens debitum ſine cauſa an adhuc liquidetur iuxta ritum. I*

9 *Debitum certum certius faciendum per calculum ad ritum peti poteſt*

10 *Instrumentum publicum ad aliud publicum ſeſe referens ad ritus formam præſentari poteſt, & vide limitationes num. 11. 12.*

14 *Practica in liquidatione ſpecierum debitarum pro quãtitate.*

16 *Quantitas pecuniæ ſi data eſt pro ſpecie incerta, & interminata, ex quo vtrumq; eſt in obligatione, alterutrum peti poteſt, ſed an, & quando via executiua, n. 17*

18 *Quantitas pecuniæ ſi eſt data pro quantitate ſpeciei certa cum clauſula refuſura praſtanda, per creditorẽ attenta voce talis temporis an & quando faciat inſtrumentum liquidum vt præſentari poſſit.*

19 *Practica, quãdo quid promiſſum fuit ſolui, vel conſignari certo loco, & num. 25.*

20 *Creditor non cogitur recipere ſolutionem alibi, quam in loco deſtinato.*

21 *Contrariorum eadem eſt diſciplina.*

22 *In pari culpa melior eſt conditio rei.*

23 *Inſtrumentum extra Regnũ confectum, vt executioni mandetur, quã practica.*

24 *Factum ſi quis promiſit ad illud adimplendum an præciſè teneatur, & num.25.*

25 *Obligatus pro debito vniuerſali, qui promiſit ſingulis tamen annis obligari alios facere, faciendo poſſe ſuum excuſatur, & de limit.*

27 *Inſtrumentum excedens metam viginti annorum an & quando præſentetur cũ ampliat. declarat. & limitat. vſque ad num. 36.*

28 *Pœnalis actio annis viginti durat.*

29 *Pacto contra ius ſecundario ad publicam vtilitatem introducto renunciari poteſt. 31.*
*Statutum quid generaliter mandans dotes non comprehendit.*

34 *Citatio nulla per comparitionem citati reconualidatur.*

36 *Inſtrumentum debiti infra vnciam non meretur executionem ad formam ritus cum limitationibns, num. 37. & 38.*

39 *Conditionis defectus debiti petitionem impedit.*

40 *Intereſſe generaliter promiſſum non poteſt peti ad ritus formam, & an intereſſe debeatur, remiſſiuè pro dote, & anteſato, num. 41.*

42 *Intereſſe tertiarum an, & quando debeatur remiſſiuè.*

43 *Inſtrumentum continens debitum ex pœna conuentionali non exequitur ad ritus formam creditor, cum limitatione.*

44 *Item inſtrumentum pro debito proueniente ex æſtimatione quantiplurimi.*

45 *Augmentum quantiplurimi in ſpeciebus, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt quoad ſeſe extendat.*

46 *Fructus poſt vitam augmentum non recipiunt.*

47 *Inſtrumentum continens debitum ex reconductione ſub intellecta, ſeu tacita non meretur executionem ad ritus formam.*

48 *Inſtrumenta continentia pacta vltro, citroque obligatoria executionem paratã non merentur.*

49 *Inſtrumentum afflictus an & quando executioni tradatur.*

50 *Locator tenetur ad rem tradendam, & patientiam præſtandam, & in dubio patientia præſtita præſumitur.*

*tur, numero 51.*

52 *Locatio prędij ad menſurã non eſt perfecta antequam menſuretur, & tradatur prædium, & de ratione nu. 53.*

54 *Inſtrumentum venditionis an creditor ad ritum exequatur.*

55 *Debitor ex cauſa emptionis debet docere de euictione.*

56 *Debitor offerens ſideiuſſionẽ, ſuum ad ritum conſequetur creditum, vt in caſibus poſitis, num. 57. 58. & 60*

61 *Exceptio, quod res empta non ſit libera, ſed hypoteca ta an, & quando liquidationem impediat.*

62 *In obligatione pura emptor poteſt non modo non ſoluere; ſed ſolutum repetere.*

63 *Fideiuſſoris datio requiritur ad conſecutionem debiti pro re vendita ſub conditione, ſi venditor eſt ſuſpectus, & de modis ſuſpitionum.*

64 *Exceptio rei nõ tradita an, & quando liquidationem impediat cum ampliat. & limitat, vſque ad num. 78.*

65 *Per ſimplex conſtitutum naturalis, & ciuilis poſſeſſio transfertur cum limit. numero 67. & 68.*

66 *Per præcarium ſola ciuilis poſſeſſio tranſlata cenſetur.*

69 *Verba vendidit, & tradidit in contractibus quid operentur.*

70 *Poſſeſſio quot modis probetur remiſſiuè.*

71 *Præſentia rei an, & quando poſſeſſionis traditionem operetur, & num. 92.*

73 *Iudex rei venditæ, traditione non apparente, ex officio poteſt venditorẽ ad pretium agentem repellere.*

74 *Tradere, vel tradere ſe offerre paratum paria ſunt.*

75 *Contra inſtrumentum mutui ex venditione dependentis, rei non traditæ exceptio minime competit.*

76 *Debitum ex vna cauſa in debitum ex alia cauſa conuerti poteſt.*

77 *Exceptioni rei non traditæ ſi eſt renunciatum, inſtrumentum liquidabitur.*

78 *Venditio facta pro pratio ſtabilito ad menſuram antequam res vendita menſuretur, conditionalis dicitur. Cautela ad pretium conſequendum ad ritum pro vẽditione ad menſuram.*

D 3 79 Ex-

79 *Exceptio rei non traditæ infra quod tempus opponi poſſit.*

80 *Inſtrumentum ad commune lucrum, & damnum an, & quando præſentetur ad formam ritus, remiſſiuè.*

VIdendum eſt hic de debitis, & cauſis pro quibus inſtrumenta publica ad ritus formam præſentari queant, vel nequeāt, & quo facilior tractatio fiat per concluſiones ampliationes, & limitationes procedemus, & primo firmabimus concluſionem, quod inſtrumentum publicum continens debitum confeſſum, & liquidum ad ritus formam executionem meretur, ita Marſ. ſingul. 484. & in rubric. de probat. colum. 11. Angel. in l. pen. C. de fideiuſſor. & eſt ritus Magnæ Curiæ 167. vbi Carau. numero 4. & alij quos refert. & ſequitur Graui. parte 3. declaratione 3. numero 8. qui dict. declar.
1 21. numero 63. dicebat, quod liquidum dicitur à liqueo liques & liquere eſt conſtare, ſecundum gloſſ. in l. ſi de meis, alias incipit idem Pomponius, §. final. ff. de receptis arbit. & inſtrumentum dicitur liquidum quando clarum, certumque eſt, vt per Doctor. per ipſum Grauin. allegatos, habetur per Galleſium de obligation. Camerali parte 3. cap. de liquidatione numero primo, & quod aliqua probatione non indiget, vt in dicto ritu, vel liquidum dicitur, quod quacunque exceptione oppoſita tergiuerſari non poteſt, vt per multa Frec. parte ſeptima in principio, numero 3. vel eſt purum, ob quod nulla exceptione ex ipſo inſtrumento reſultante poſſit actor in promptu ſubmoueri Bald. in l. poſt rem, numero.... ff. de tranſact. & ſufficit, vt tempore, quo præſentatur appareat liquidum, licet ex poſtfacto illiquidum detegatur, cū qualitas ſufficiat eſſe vera tempore actus l. quoties vbi Bart. numero..... ff. ſi quis cautiori, & alij, quos citat Frecc. vbi ſupra parte 7. in principio numero 13. & 14. Contra vero, quando contineret debitum illiquidum, via ritus executioni mandari non poſſet, vt per Frecc. parte 8. in principio, adeo quod neque pacto contrahentium effici poteſt, vt illiquidum pro liquido habeatur, & inſtrumentum illiquidum pro liquido præſentetur, vt per eundem, parte 8. quæſtione 3. numero 171. vſque ad 177. Vnde cautela, & clauſula illa notariorum, quæ proceſſit fortè ex doctrina Bart. in l. creditores, numero 16. C. de pignor, de qua meminit Galleſius, parte 3. de liquidatione, num. 10. di-

dicentium in inſtrumento,quod
fortè illiquidum eſt, vel foret.
Et quod præſens inſtrumentum
præſentari pro liquido poſſit,
2 vana efficitur. Et cum illiquidi-
tas contingat tam ratione ip-
ſius debiti,quam ratione, vt
quando quis eſt hæres credito-
ris, ratione contractus, vt quia
eſt conditionatus, vel vltro ci-
troque obligatorius, & ratio-
ne ipſius inſtrumenti, quod ſe
ad aliud refert, vt per Grau. 3.
p.declarat. 21. nu. 60. & Carau.
vbi ſupra num. 17. ideo quando
executionem impediat per in-
infradicenda apparebit. Am-
plia igitur concluſionem multis
modis, &

Primò procedere in debito
ſoluendo certa die, ſi tamen
dies aduenerit,ſecundum Doct.
in l. j. ff.ſi cert. petat,Grau.vbi
ſup. declar.20. & videtur ſenſiſ-
ſe Robert. conſid. 2. numer. 13.
vbi etiam tenuit id procedere
ſi è conuerſo per creditorem
fuiſſet promiſſum aliquid fieri,
vel dari ſuo debitori tempore
ſolutionis pecuniæ promiſſę ea
ratione, quia creditor non eſt
obligatus adimplere ex parte
ſua ante ſolutionem; ſed tem-
pore ſolutionis per iura, quæ
allegat. Laudat tamen vt cre-
ditor in citatione expedien-
da contra huiuſmodi debitorē
offerat adimplere ex parte ſua:
3 nam in iuditio ſola oblatio ſuf-
ficit, l.ſi. rem §. final.de pigno-
rat. act. quod ſi depoſitum fa-
ceret, melius, & cautius eſſe
dixit, & eo caſu ſi debitor ci-
tatus comparuerit cum pecu-
nia, & creditor in promptu
ſuam promiſſionem non adim-
4 pleuerit, iudex debet manda-
re, pecuniam deponi, & non li-
berari, donec creditor adim-
pleat: & hanc practicam ſequi-
tur Carauita ritu 167. num. 29.
ſi vero non comparuerit, & ſit 3
contumax ita ꝙ patiatur exe-
cutionem in bonis, illorumque
venditionem iuxta infra dicen-
da in 3.p.principali rubr. 3.& 5.
iudex ſimiliter mandabit depo-
ni, vt ſupra; quia vtrique parti
conſulendum eſt. Hancq; pra-
cticam ſe vidiſſe, & audiuiſſe
ſeruari, dixit Robert. vbi ſup.
in fine. Pariter ſi creditor ad
diem promiſit adimplere ali-
quid vlteriori die, ſi agit pro
conſecutione debiti (ſi legiti-
ma ſuſpitionis cauſa arbitrio iu
dicis remittenda exiſtit) tene-
bitur cauere de adimplendo tē-
pore conuento, ita per text. in
l. in omnibus ff. de iudicijs, &
l. egi. ff. ſi ſeru.vendic.dixit Ro
ber.vbi ſup. num. 12. in fine

Subamplia hanc ampliatio-
nem procedere etiam ſi dies nō
aduenerit, vt tamen poſſit cre-
5 ditor citari facere debitorē ſu-
per tenore inſtrumenti, vt ad-
ueniente die, vel tempore exe-
quatur,ita Ripa in l.in illa n.10.
& l. ſtipulatus, n.... ff. de verb.

obligat. ſequitur Grau. vbi ſupra num. 25. Affliẽ. deciſ. 279. & Caraui. d. ritu, num. 8 qui dicebat id procedere, quando dies eſt ſtatutus ſolutioni per dilationem legalem, vt in doce l. vnica §. exactio. C. de rei vxor. actione, & tenuit D. Præſes de Franch. deciſ. 341. Secus quando aliter, & hoc per doctr. Alex. conſil. 95. volum. 1. & Afflict.
6 d. deciſ. 279. ad quam Vrſillus dixit, quod in annis redditibus ego poſſum agere, vt mihi ſoluas de præſenti, quod debes de præterito, nec non vt ſingulis annis, quod debetur in futurum reſpondere habeas, & hoc per doctrin. Romani in quodam conſ. quod ego non inueni, & Affl. in Conſtit. Authoritatem ſub rubr. de ſumm. cogn. contra gabell. num. 3. lib. 1. inferebat quod hoc caſu facta condemnatione non foret neceſſarium me ſingulis annis venire cum libello, ſeu citatione; ſed tantum implorare officium iudicis pro executione ſententiæ: ante eum notauit Bart. in l. j. §. ſocius. ff. de vſuris. Bart. quoq; & Bal. in l. malè agitur. C. de præſcript. xxx. vel xxxx. annorum notatur in l. prima C. de fideicommiſ. dixit Dec. in l. 1. C. de inſtit. & ſubſt. & Cappella Toloſan. quæſt. 20. Alex. d. conſ. 95. num. 3. & omnium nouiſſimè D. meus bonæ memoriæ Fabius de Anna in lib. pract. obſeruationum, obſeruat. 12.

Secundo amplia, procedere in debito propter dotem ſiue repetendam matrimonio ſecuto, vel diſſoluto de quo conſtet, alias ſecus, vt per Grau. p. 3. declarat. 11. num. 26. Frecc. par. 12. q. 2. eundem p. 7. q. 10. Scaglionum ritu noſtro apud eum 163. num. 15. Barz. part. 2. quæ-
7 ſtione 2. Et hoc caſu practicaui quòd quando maritus vult liquidare inſtrumentum dotale ſi per illudmet, vel aliud publicum ( id quod à prudentibus non omittitur ) per verba de præſenti de matrimonio contracto, & benedictione ſacerdotali non apparet, antequam contra promiſſores dotis citationem expediri faciat, offert petitionem Curiæ, qua aſſeritur per N. fuiſſe promiſſam quantitatem pecuniæ pro matrimonio contracto, per benedictionem ſacerdotalem ſecuto, & quod talem habet vti coniugem, & ſuffert onera, & capta ſuper expoſito informatione ſummaria; ſed cautius citata parte ad videndum iuramenta teſtium, & conſtito, vel præſentata fide parochi, vt infra eadem rubr. numero 15. proceditur præuia citatione ſuper tenore ad liquidationem. Similiter pro dote repetenda mulier, narrat matrimonij contemplatione fuiſſe aſſignatam, & ſolutã eius quondam viro quantitatem, quàm



Digitized by Google

in caſu ſoluti matrimonij, vel quocunque alio promiſit reſtituere, & dedit tales fideiuſſores, & principales, & quoniam factus eſt caſus reſtitutionis per mortem d. talis, vel pauperiem, & dilapidationem (de qua prius legitimè conſtet) ideo &c. Et Curia ſe informat de pauperie per decretum aliàs fortè latum per eam, & de morte, vel eo modo, quem recenſuimus in 2. 2. part. numer..... vel per tonſuram capillorum. qua vtuntur Neapolitanæ mulieres de ea facientes fieri publicum inſtrumentum, vt per Stephan. de Caiet. in add. ad Napod. in conſuet hæredes, de iure dotium, vbi quid aliud importet tonſura prędicta, & fit poſtea citatio, & liquidatio contra fideiuſſores, & principales, & ita præſenſit Cauenſ. in ritu noſtro 166. num. 3. per ipſum ritum, & circa hoc vide Loffredum conſ. 18. & alios quos refert Anna in ſing. 248.

Ampliant tertiò infraſcripti
8 Doctores in debito ſine cauſa, vt ſi quis promiſit mihi decē nō expſſa cauſa mutui, vēditionis, donationis, vel alterius cauſæ, vt ego poſſim via ritus liquidare inſtrumentum vigore Guarentigiæ in eo appoſitæ, quę ratione inſtrumenti etiam ſine cauſa valeat ſic dixerunt Bald. in l. ſicut C. de repudian. hæredit. in princip. Alexand. in l. toties, numer..... ff. de interrog. action. in l. Titio numero.... ff. de verborum obliga. Imola in l. ſing. ff. quis & à quo appell. Bald. in l. 2. num.... C. de execut. rei iud. Alexand. conſ. 4. numer. 11. vol. 1. atque Bart. 2. par. quæſt 10. Grauin. par. 3. declar. 14. num. 29. 32. & 33. Foller. ad Marant. in praxi part. 6. verſ. & producuntur ſcripturæ numer. 17. Eſt tamen verum, quod aliter ſenſit Annius vterque per multas cotas in ſing. 250.

Quartò amplia procedere in
9 debito certo, quod tamen reſoluendum eſſet, & certius faciendum per calculum vt puta ſi ego promittam decem ſoluere ex cauſa ſocietatis, vel alterius cauſæ, & negotiationis ſaluo meliori calculo, vel cum pacto, quod fiat calculus inter nos de rationibus, & negotijs noſtris, vel dāni lucrū, vel cū pacto q̄ ſi facto calūniator quātitas deberetur, illa p̄miſſa in inſtrum. minor eēſeatur: pēdēte n. calculo, pręſentari poſſet inſtrumētū pro illis decem, licet ſumma minor puta nouem, vel octo futura ſit debita, ita per multa Grauina parte 3. declar. 19.

(Adde. Et hanc ſententiam ſequitur Dominus Regens, & Marchio Tapia ad ritum 286. f. 242. licet ex Anna ſupra eodem loco, numero tertio negaſſe videatur, & Vitius deciſione 39. pactionatū eſſe dicat.) Robe-

con-

Digitized by Google

conſid. 2. num. 10. & 11. & afferentem rationem, quia contractus non dicitur conditionalis; ſed reſoluendus ſub conditione, Galleſius quoq; de obligat. Camera. de vi inſtrumenti, verſ. ſecunda conſideratio folio mihi 108. num. 3. & Vrſil. ad affliẽt. deciſ. 205. num. 7. dixit vidiſſe iudicatum de anno 1558. die 21. * Iulij: & licet de anno 1582. cõtrarium fuerit deciſum per S.C. tamen iuxta ampliationem per * prædicta, & alia fuit deciſum in anno 1589. vt per d. de Franch. deciſ. 262.

(Adde. Quibus accedat Borrellus in conſ. 77. in primo caſu clauſulæ ſaluo meliori calculo, in ſecundo adde adducta per Conſ. Rouitum in rubr. de inſtrument. liquidat. num. 25.)

Quintò amplia in debito ſcripto in aliquo inſtrumento, quod ſeſe ad aliud inſtrumentum publicum, & æquè ſolemne referret liquidum, & præſentatum, vt dictat ritus Mag. Cur. 167. verſ. poteſt dixit Grau. vbi ſup. declar. 20. Robert. conſid. 2. nu. 2. Frecc. par. 8. in princ. & Carauit. dicto ritu qui num. 18. dicebat, quod probationes, & liquidationes illiquiditatum non procedunt, quo ad omnes quatuor ſpecies, illiquiditatis de quibus ſupra; ſed quo ad faciendam ſ. perſonæ, & ſic ad probandum quem eſſe hæredem, vt in ritu 181. & 286. & quo ad quartam ſ. quo ad producendum aliud inſtrumentum, de quo ritus prædictus 167. loquitur: aduerte autem hic, quòd dixi præſentatum, ſubaudi, ſi Neapoli, in Magna Curia tempore vltimæ, aliàs autem non prodeſſet ſi eſſet præſentatum in Sacr. Conſ. tempore relationis faciẽdæ per Magnam Curiam, quemadmodum etenim non admittitur debitor ad præſentandum ſcripturas per pragm. 3. Comitis Mirandæ, & nos diximus infra in 2. 2. par. rubr. Verum debitor compar. licet, num.... ita non debet admitti creditor ad præſentandum eas ad liquidandum inſtrumentum iam illiquidum, vel excludendum ſcripturas forſan per debitorem præſentatas Magna Curia pro tribunali ſedente: actor enim & reus non debent ad imparia iudicari, l. final. C. de fructibus, & litium * expen. & ita fuit deciſum in Sacr. Conſ. referente de Franch. deciſ. 420. limita autem hanc ampliationem non procedere 11 in Apocha tribus teſtibus ſubſcripta, ad quàm fortè ſeſe inſtrumentum publicum præſentatum referret: inſpecto enim communi vſu loquendi inſtrumentum publicum, de quo loquitur, ritus appellatur id, quod per manus publici Regij notarij eſt confectum, & in principio noſtræ practicæ diximus, Apocas verò appellamus priuatas ſcripturas,

pturas, vt patet ex Bald. in ſummario l. ſcripturas C. qui potior. in pign. habeant. & ita tandem tenuit Carau. in d. titu, num. 27. & quę practica hoc caſu in citatione ſeruanda ſit, inferius in rubr. Expediatur citatio, n..... & ..... videbimus.

Secundò limita non procedere in liquidatione inſtrumen-
12 ti facienda per teſtes in alijs caſibus, quam ad probandum quẽ eſſe hæredem, vt ſupra, ita Carau. vbi ſup. num. 18. quicquid Cauen. attento iure communi, & Grau. p. 3. declar. 21. nu. 67. dixerint, & diſtinxerint. Ego autem in aliquibus locis practi-
13 caui liquidationem per teſtes in inſtrumento dotis petendæ, & repetendæ declarantes viua voce in vltimo peremptorio matrimonium ſecutum, vel morte viri diſſolutum, ac etiam per viam præambuli, vt ſupra di-
14 xi in ampliatione ſecunda: atque etiam in petitione quanti valuerit res, & ſpecies promiſſa pro quantitate recepta, vt quando quis dedit centum alicui, vt tali die det tantum ſerici, vel frumenti; quantum aſcẽdant dicta centum attento ipſarum ſpecierum valore, qui cõmunis erit in tali loco die prædicto, citata tamen parte prius ſuper liquidatione valoris rei, & ſpeciei: Quæ practica iuſtificatur fortè ex deductis vbi ſupra per Cauen. & Grauinen. & videtur quoque ſenſiſſe Frecc. part. 8. queſtion. 2. numero 65. in fine. & quod poſſit ijs caſibus liquidatio per inſtrumentum, vel authenticam ſcripturam fieri, videtur tenere etiam Rober. conſid. 2. numero 16. idque videtur eſſe ſecutum in caſu dotis
* Sacr. Conſilium teſte de Franc. in deciſ. 366. in principio vbi
15 dicit inſtrumentum Capitulorum matrimonialium de per ſe illiquidum oblata fide Parrochi de matrimonio ſecuto, in faciem Eccleſiæ coram ipſo, & teſtibus vti liquidatum executioni demandatum fuiſſe, quia erat factum notorium, & tergiuerſari non poterat, non obſtante dict. ritu 167. qui non reſtrictiuè; ſed exemplificatiuè loquitur, & vidiſſe ſeruatam opinionem Frecciæ in omni genere probationis, quæ fundatur per ritum 81. & 286. adductos per Grauin. vbi ſupra & Carau.

Similiter, quod poſſit liquidari inſtrumentum, vel obligatio pro nummis datis pro ſpeciei conſignatione, & ſit in facultate debitoris ſoluere frumentum ante litem conteſtatã,
16 ideſt ante interrogationem, & quod ſi promiſſa eſſet incerta quantitas frumenti puta tot modij frumenti quot caperent ducati centum debiti per obligatum, prout comuniter valebit tali tempore, tunc quia vtrunque eſt in obligatione, alterutrũ

po-

poterit petere creditor, nummos ſ. vel frumentum, & ſi petat pecuniam poterit debitor conſignare frumentum vſq; ad litis conteſtationem, dixit notabiliter Robert. conſid. 2. nu. 15. vſque ad verſ. ex prædictis,
17 vbi ſubiunxit, quod ſi petierit frumentum non poterit agere via executiua iuxta formam ritus, niſi prius doceat per publicum inſtrumentum, vel aliam authenticam ſcripturam, quanti comuniter valet frumentum, in loco, & tempore conuento, & idem procedere in obligationibus penes acta, vt poſſint accuſari pro pecunia non pro frumento, & ordeo, niſi prius conſtiterit de voce, ac prætio ſpe-
18 cierum promiſſarum. Et quoties promiſſi ſunt centum modij frumenti pro centum ducatis, & promiſerit creditor pecuniæ dare refuſuram attenta voce comuni in tali tempore & loco, tunc licet poſſit accuſare pro centum, non tamen pro ſpecie vina executiua agere. licet .n. inſtrumentum, vel obligatio ſit liquida reſpectu certæ quantitatis, & menſuræ, tamen eſt illiquida reſpectu cõuentionis partium contrahentium, eſt enim pactio nata, quia promiſit dare refuſuram, quam obtenta fide authentica de voce comuni offerre debet, & proteſtari, quod per ipſum non ſtat, quam ſi non offerat, obſtat tex. in l. Iulianus §. offerri ff. de action. empt.

Sexto amplia prædictam concluſionem procedere in debito quantitatis, vel ſpeciei promiſſæ in aliquo loco deſtinato, vbi nõ moratur, neque domicilium habet debitor, ſi tamen docet per publicum inſtrumentum, quòd ipſe, ſeu eius legitimus procurator tẽpore ſolutionis, vel cõſignationis promiſſæ fuerit præſens in loco deſtinatę ſolutionis paratus recipere ſolutionem, & quantitatem, vel ſpeciem promiſſam, ita Rober. conſid. 2. nu. 8. dicebat per text. in l. arbiter Calendis ff. de recept. arbit. & in l. ſi dies in princi. ff. de condit. & demonſtr. & doctr. Affli. in Dec. 116. Carau. d. ritu 167. n. 30. vbi deſcribit formã actus publici, pro quo ſecundum Tartagl. in praxi ciuili cap. 1. num. 46. ſic fiat libellus.

19 In Curia Capitanei Terræ N. comparet N. de ciuitate N. & dicit N. mediante publico inſtrumento hodie pręſentato ſibi debere in hac terra ducatos, ſiue modios frumẽti centũ pro quib' recipiẽdis acceſſit, & quia ignorat ſi debitor venit, propterea rogat ipsã Curiã, & ipsũ capitaniũ, quatenus dignetur d. debitorẽ per proclama per totã terrã perquiri facere ex veſtro officio, cõtra quẽ, ſi nõ reperiatur, proteſtatur, ꝙ per ipsũ nõ ſteterit recipere debitũ ſtatuta die

in

in loco deſtinato, & ita dicit,&
ad prædicta admitti inſtat om-
ni modo meliori, &c. Qua per-
quiſitione facta more ſolito de
ordine officialis, fieri faciat pu
blicum inſtrumentum à notario
Curię, vel alio publico notario
tam de petitione prædicta, quã
de perquiſitione, quod po-
ſtea poterit tempore liquidatio
nis præſentare: ſi vero reperia-
tur talis debitor, vel habeat do-
micilium in loco illo cum fami
lia, fiat ei interpellatio, & re-
quiſitio cum interuentu iudicis
notarij, & teſtium, & fiat in-
ſtrumentum, & ante eos ita te-
nuit Aret. inſtit. de action. §.
præterea, num. 42. & alij, quos
refert Vrſill. ad. Afflict. deciſ.
316. vbi num. 4. dicit, quod ſi
hoc non fiat, non dicitur debi-
tor in mora conſtitutus, & per
conſequens non poterit contra
eum inſtrumentum ad ritum
præſentari, & liquidari; ſed or-
dinariè agendum erit, & ita plu
ries in Magna Curia vidiſſe iu-
dicari retulit; Ampliauitque
prędicta, & ſic ordinariè agen-
dum eſſe, etiam ſi actor, & cre-
ditor iterum noluiſſet reum in-
terpellare, vt veniat ad locum
quia offert ſe, paratum tunc re-
cipere ſolutionem, vel conſi-
gnationem, per doctr. Bart. in
l. item illa; num. . . . . ff. de cõ.
ſtit. pecun. & aliorum quos vi-
deto. Vel poterit creditor ante
tempus ſolutionis conſtituere
ſuum procuratorem aliquem
ciuem loci ſolutioni deſtinati;
qui eo in loco ſtatuta die exi-
gat tale debitum, & demum
fieri faciat mandatum à curia
dicto debitori, quatenus die de-
ſtinata ſoluat dicto tali eius ꝓ-
curatori eiuſdem loci, quod ſi-
bi mediante publico inſtrumen-
to debet, quem ad hoc conſti-
tuit procuratorem: & ſi non
ſoluerit poterit creditor ad de-
monſtrandũ, quod per eũ nõ ſte
tit ſtatuta die accipe debitum
exhibere auhtenticã ſcripturã,
ſeu copiã procurationis factę in
perſonã talis, ac mãdati debito
ri cum notificatione dictæ pro-
curationis, quæ copia ſufficeret
ita Robert. & Carau. vbi ſupra
qui Rober. vlterius num. 11. aſ-
ſerebat, quod ſicut debitor non
poteſt cogi ad ſoluendum alibi,
quam in loco deſtinato, niſi fue-
rit in mora per l. primam. & l.
quod ſi Ephæſi vbi notatur ff. de
20 eo, quod certo loco: ita nec cre
ditor cogi recipere ſolutionem
alibi quam in loco deſtinato. l.
is qui, cum ibi notatis ff. eodem,
niſi debitor offerat intereſſe, ſe-
cundum Doct. in l. qui Romæ. ff.
de verbor. obl. & Caſtrenſem in
d. l. is qui. Aduertendum eſt ta
men hic, quod ſi debitor ſtatuta
die acceſſerit ad locum deſtina-
tæ ſolutionis, & coram publicis
perſonis proteſtatus fuerit ſe eſ-
ſe paratum ſoluere ſuo credito-
ri, vel alteri pro eo, ſi haberet,
etiam

etiam non facto depoſito de pecunia erit liberatus, teſte Alex. in conſ. 92. num. 11. volum. primo Rolan. à Valle conſ. 87. volum. 1. & Decio in conſil. 566.
21 & ſic proteſtatione mediãte poſtea citatus impediet liquidationem, cum contrariorum eadem ſit diſciplina. l. &. ſi contra in fine, vbi gloſ. ff. de vulgar. & pupill. Quinimò, quod huiuſmodi proteſtatio ſit ad cautelam, & ſic quod ſola oblatio ſufficiat ad excuſandum moram, & euitandum pœnam videtur ex prędictis, & alijs concludere de Franch. deciſ. 227. quæ eſt primæ partis vltima num. 4. Si vero neque creditor, neque debibor fuerit in loco, non fiet li-
22 quidatio inſtrumenti, cum in pari cauſa, & culpa melior ſit conditio rei, l. ſi ſeruum §. ſequitur. ff. de verborum obligat. ſequitur Dec. in d. conſ. in fin.

Septimò amplia concluſionẽ in debito contento in inſtrumento confecto extra Regnum; nã quod mandetur inſtrumentum executioni abſque libello, & litis conteſtatione, reſpicit litis ordinationem, & in eam reſpicientibus attenditur locus iudicij, l. iij. in fine, ff. de teſtibus l. cum clericis iuncta gloſ. C. de Epiſcop. & Cleric. & faciunt alia, de quibus per Gomeſium ad l. Tauri 64. num. 8. qui id ſequitur; & per Carau. in d. ritu 166. num. 61. & 62. & ante eum ita ſeruari teſtatur Frecc. licet diſputando contrarium ſenſerit, par. 3. à num. 9. vſque ad finem. Eſt tamen verum, quod debet haberi aliqualis sũmaria informatio etiam extraiudicialis, qualiter ille, qui ſcripſit inſtrumentum eſt publicus nota-
23 rius, ita diſponitur per ritum Magnæ Curiæ 188. & ſummaria informatio eſt, vt in fine inſtrumenti inſerantur literæ teſtimoniales ſubſignatæ ſigillo officialis, vel Vniuerſitatis illius loci, vbi inſtrumentum fuerit confectum, quod notarius, qui id ſcripſit eſt fidelis, legalis, & publicus Regia, vel imperiali authoritate, vt per Guido. Papæ deciſ. 481. Couar. lib. 1. pract. quæſt. cap. 22. num 9. & habetur in d. ritu 188. vbi Cara. nu. primo & 8. vbi de ratione, & ante eum Lanfranch. allegatus à Robert. conſid. prima in fine; qui non ſufficere dixit, ſi in eo narretur talem eſſe publicum Tabellionem, ſed oportet dici, quòd inſtrumentum, quod incipit hoc pacto, & finit hoc modo eſt ſcriptum à Tabellione publico. Hinc ego vidi teſtimonia prædicta, vel fides deſcribi in eodẽ inſtrumento in calce; prędictaque procedunt tàm ſi inſtrumentum eſſet confectum extra Regnum in locis cognitis puta Romæ, Florentiæ, Papiæ, &c. quã in incognitis puta Vltramõtanis Friburgi, Brãdeburgh, Gra-

Granatæ Valentiæ, &c. hoc tamen intereſt, quod ſi dictæ literæ teſtimoniales non adeſſent in inſtrumento confecto in loco extra Regnũ cognito, tũc id ꝙ dictũ eſt extra iudicialiter ſummariè ꝑ idoneos teſtes ꝓbari poſſet, ꝗ non conceditur, & admittitur ſi in aliis locis incognitis, per doctr. Afflict. in deciſ. 251. & in d. conſtit. Regni inſtrumẽtorum num. 10. in fine refert, & ſequitur Viui. lib. 1. com. opi. 387 (Adde, & ita videtur reſidere D. Tapia ad conſt. inſtrumentorum num. 6. f. 160.)

Amplia octauo in debito cõtracto ante quam ritus 166. eſſet confectus, & compilatus, vt per Grau. declar. j. p 3.

Amplia nono in debito proueniente ex tacita, ſiue muta hypoteca, & ſtipulatione in dote, vt per Alex. in l. iuriſgentiũ §. quod ferè, num. 10. ff. de pactis. Decium in l. certi condictio, ff. ſi cert. petat. num. 9. Canar. q. 29. & alios notatos per Grauin. declar. 11. par. 3. atque limita, & ſublimita per ipſum; non enim pluribus oportet me hic morari, cum hic caſus ob exactam contrahentium diligentiam, qui ſibi pactis expreſſis, & claris prouident, & communem notariorum ſtylum, raro eueniat.

Amplia decimo, & vltimo omiſſis alijs (de quibus per Grauin. vbi ſupra, cum ſepè vſu nõ
24 veniant) in promiſſione facti, ad quod præciſè debitor cogitur, veluti ſi quis promiſit facere inſtrumentum de aliquo contractu: item quando Dominus vendens feudum pollicetur vaſſallo realẽ, & effectiuam poſſeſſionem, quo caſu ad id tenetur, & præſtando intereſſe non liberatur, vt per Doct. in c. primo ſi de inueſt. feud. fuerit controu. Item, quando in obligatione interuenit iuramentum, & in caſibus ſimilibus. ita Roert. conſid. 2. num. 6. qui refert iudicatum in Magna Curia, & deciſũ in Sacr. Conſilio in cauſa Ducis Seminariæ cum Hieronymo Columna obligato ad faciendum inſtrumentum ratificationis vẽditionis cuiuſdam feudi factæ per eiuſdem matrem d. Duci, qui cum recuſaret, fuit conuẽtus, via ritus, & condemnatus, ante eum dixit Barz. 2. p. q. 19. per doct. Bald. in l. vnica, num. 61. C. de ſentent. quę pro eo, quod intereſt: iuramentum .n. cogit quem præciſè ad obſeruãtiam promiſſorum, ſecundum gloſ. ſingularem in l. ſi pecuniã ff. de condict. ob cauſam & plures allegatos per Socc. conſ. 16. volum. 4. & ad euitandos carceres fecit ratificationis promiſſæ inſtrumentum, & id, quia hoc factum à ſeipſo dependebat ſecus ſi ab alio, vt ab alio, vt
25 quando quis promiſit ratificationem, vel renunciationem per aliquem faciendam: nam facien-

ciendo poſſe ſuum excuſabitur,
* ita Afflict. in Sacro Conſilio de
ciſum fuiſſe refert deciſ. 295. vbi
antiqui addentes, & ibi Vrſillus
* numer. 2. iterum de anno 1546.
Deciſum fuiſſe dixit, & ſi di-
ctum eſſet realiter, & cum effe-
ctu ratificet, vel etiam quòd fa-
ciendo poſſe ſuum non excuſe-
tur, vbi plures limitationes ad-
ducit, quas videto, & nota etiã
hæc pro particularibus, qui ſeſe
26 obligauerunt pro debitis vni-
uerſalibus, & promiſiſſent ſin-
gulis annis, vel ſingulis quibuſ-
que nouem annis obligari alios
facere cum debitis renunciatio-
nibus; nam excuſarentur ſi pro-
barent eorum poſſe feciſſe, ita
Capic. Deciſ. 93. num. 8. & vbi
ſupra Vrſill. ad finem} diſputat
hanc quæſtionem. Quidam Mo-
dernus Ioannes Antonius à Leo
de Fortiatis Caſtellutianus in
l. quod te ff. ſi cert. petat. verſ.
Sed quid ſi quis in contractu fo-
lio 30. vbi de aliquot limitatio-
nibus, quas videto. Verum in
caſu Afflict. & Vrſilli [quando
adeſſet clauſula prędicta reali-
ter, & cum effectu, & ſequen-
tia, quod teneatur promittens
præciſè ad factum dixit de an-
* no 1562. iunctis aulis fuiſſe in
Sacro Conſilio deciſum d. de
Franch. deciſ. 624. part. 4. ad
quam recurre, quia ponit qua-
tuor caſus.

Concluſionem ſupra fundatã,
& ampliatam ſ. inſtrumentum
publicum pro debito in eo con-
tento habere executionem pa-
ratam, limita non procedere in
pluribus caſibus, &

Primò limita non procedere
27 pro debito contento in inſtru-
mento, quod eſſet præſcriptum
ſpatio xx. annor. à die, quo pe-
ti poterit, tunc enim iuxta for-
mam ritus executio peti non
poterit, ſed ordinariè agendum
erit, ita ritus 167. per quem
& multa ita dixit Grauin. part.
3. declarat. 2. Frecc. p. 10. in
principio Robert. conſid. 2. nu-
mer. 3. & Carau. ritu 166. num.
21. & 167 num. 1. & ſeq. ratio-
que eſſe dicitur, quia cum in-
ſtrumenta pœnam, & ſic pœ-
28 nalem actionem contineant, &
pœnalis actio, ob quam habent
executionem paratam ſpatio vi
ginti annorum duret, l. que-
relam C. de falſis, ſequitur ꝙ in-
ſtrumenta vltra dictum ſpatium
ad ritum executionem non ha-
bent. Hodie practicatur ꝙ poſ-
ſit liqdari pro 19. annatis, & pro
alijs procedatur ordinariè. Di-
xi aũt à die quo peti potuit ad
demonſtrandũ, ꝙ præſcriptio nõ
currit à die celebrati cõtract' &
obligationis factæ, ideoq; eſt ꝙ ſi
vniuerſitas, vel feudatarius vẽdi
derũt ſup gabellis, & bonis feuda
lib' annuos introit', pacto (vt fie
ri ſolet) adiecto in inſtr. ꝙ infra
mẽſes ſex, plures, vel pauciores,
ꝑ vẽditores impetrari debeat ſu
per cõtractu regius aſſenſus, a-
liàs reſtituatur capitale vnà cũ
ter-

tertijs maturatis, pro quibus
liceat inſtrumentum iuxta ri-
tum præſentare, atque impe-
tratus aſſenſus non fuiſſet, ita
quod excurriſſent anni viginti
à die celebrati contractus; ſed
non à die aſſenſus impetrandi
nondum impetrati: ſi emptor
agat ad contractus reſciſſio-
nem, & ad capitale via ritus
conſequendum, optimè aget,
ita deciſum in Sac. Conſ. refert
de Franch. deciſ. 341. hanc au-
tem limitationem amplia in
clerico agente, Carau. ritu prę-
dicto nu. 2. ratioque eſt, quia
ritus non præſcribit actionem;
ſed modum agendi executiuè.
Ipſam verò ampliatam ſubli-
mita, &

Primò ſi in inſtrumento eſſet
pactum, vt etiam poſt annos vi-
ginti inſtrumentum præſenta-
ri poſſit, & ſic perpetuò, & quã-
29 docunque; pactum enim con-
tra ius ſecundario ad publicam
vtilitatem introductum tenet,
& huic iuri poteſt renunciari,
vt notatur in cap. cum contin-
gat de iureiurand. & maximè
ſtante iuramento, vt per Frecc.
qui id firmat par. 10. quæſt. 1.
idque etiam procedit ſi fuiſſet
renunciatum huic exceptioni,
& ritui 167. vt per Carau. ibi-
dem num. 36. & 37. Pactum au-
tem, & renunciatio ſimul in
hunc modum concipiatur. Pa-
cto etiam adiecto, quod ipſe
debitor conueniri poſſit ſecun-
dum formam ritus, quandocũ-
que etiam poſt viginti annos
non obſtante ritu aliter dictan-
te, & diſponente, cui ex pacto
cum iuramento renunciat.

(Adde. Et hoc quicquid Do-
ctor. ad d. ritum 167. ei non poſ-
ſe renunciari dixerint, quia
creditoris negligentis odio in-
ductum eſt.)

30 Secundo ſublimita non pro-
cedere in debito propter do-
tem, quod poſt viginti annos à
die natiuitatis actionis, & ci-
tra pactum, vt ſupra, executiuè
ad ritum peti poſſe dixit addi-
tio ad Frecc. d. par. 10. quæſt. 1.
liter. B, allegat Marſill. in ſin-
gul. 442. & alios quos videto.
Quibus ego addo Bald. Nouel-
lum in tract. de dote par. 4. ver-
31 ſic. nono limito dicẽtem, quod
ſtatutum aliquid generaliter
mandans, non comprehẽdit do-
tes, refert Camillus de Curte
digniſſimus Sacr. Conſil. Præſes
plura alia ſimilia adducens de
feudis par. 1. ſui operis cap. de-
clarata num. 38. cum ſeqq. fol.
mihi 70.

Tertiò ſublimita quoties nõ
32 fuiſſet per partem oppoſitum,
elapſos ſcilicet eſſe annos vi-
ginti per ea, quæ recẽſuit Grau.
par. 3. declar. 2. num. 4. Robert.
conſid. 2. nu. 3. & Carau. vbi ſu-
pra nu. 34. in fin.

33 Quartò ſublimita non pro-
cedere, quando pars debitrix
fuiſſet infra annos viginti cita-

ta ſuper tenore inſtrumenti, &
eo fortius, quando fuiſſet facta
præuentio: nam tunc, quia per
citationem interrupta præſcri-
ptio dicitur, poſt dictum tem-
pus contra debitores ad ritus
formam inſtrumentum præſen-
tari poſſet, vt teſtatur Robert.
conſider. 2. nu. 3. & Carau. vbi
ſupra nu. 34. Hanc autem ſub-
limitationem reſtringas non
procedere ſi citatio intimata,
fuiſſet tempore intimationis
circumducta, vel aliàs nulla,
quia eo caſu citatum ad com-
parendum non arctaret, neque
præſcriptionem interrumperet
ita Robert. vbi ſupra, & Cara-
uit. dicto nu. 34. vbi dixit cita-
tionis circumductionem, vel
nullitatem non obſtare, quan-
34 do pars citata comparuiſſet,
eo enim caſu reconualidata
diceretur citatio, præſcriptio-
nem interrumperet, & per con-
ſequens etiam poſt annos vi-
ginti creditor exequi ad ritum
poſſet, ita idem Carau. in pra-
gmat. 2. de ordin. iudit. nu. 10.
vnde tradebat cautelam debi-
tori citato ſuper tenore inſtru-
menti, in quo lapſi ſunt anni vi-
ginti à die natiuitatis actionis
ſtante citatione circumducta,
vel nulla ne compareat, quia
licet reputetur contumax, po-
ſtea poterit de nullitate dice-
re, vel de lapſu annorum iuxta
per ipſum annotata in ritu præ-
dicto 166. nu. 16. & 21.

35 Quintò ſublimita hanc limi-
tationem non procedere in in-
ſtrumento cenſuali, quod re-
ſpectu tertiarum, etiam poſt
viginti annos paratam habe-
bit executionem, ita Frecc. de
ſubfeud. lib. 2. §. pluribus mo-
dis nu. 36. per Sac. Conſ. deci-
ſum, & ſeruatum fuiſſe dixit, &
Foller. in praxi cenſuali verſic.
tanquam res iudicatas nu. 37.
Hoc tamen caſu citari debet
debitor ad dicendum cauſam,
quare inſtrumentum non de-
beat exequi contra eum, iuxta
formam Regiæ Pragmaticæ, &
Bullæ Papæ Nicolai, idem vbi
ſupra nu. 60. verſ. hodie autem:
& non ſuper tenore inſtrumen-
ti cenſualis liquidandi, iuxta
ritum pro cenſibus decurſis,
tunc enim tranſactis annis vi-
ginti, & citra pactum, vt ſupra,
liquidari non poſſet; ita Cara-
uit. dicto rit. 167. num. 32. & ſic
hæc non dicitur vera ſublimi-
tatio, ſed declaratio.
36 Secundò principaliter limi-
ta concluſionem non procede-
re in debito minimo, ideſt infra
vnciam, quæ conſtat ex ducatis
ſex; tunc enim illud non poſſe
peti ad formam ritus dixit ri-
tus 187. tenuit Grauin. par. 3.
declar. 4. Frecc. par. 15. in princ.
Robert. conſ. 2. nu. 4. & Carau.
in ritu præfato, qui ſublimita-
37 bat hanc limitationem non
procedere, ſi quantitas infra
vnciam eſſet ex reſiduo maio-

ris

tis ſummę, & quod eo caſu poſſit fieri executio ad ritus formam rationibus, de quibus per eum. Et vlterius in caſu limitationis prędictæ dicebat, quod quoties inſtrumentum continet ſummam infra vnciam, Iudex poteſt ſummariè vocare debitorem, atque ipſum interrogare ſi ſoluit debitum, & ſi confitetur facere præceptum de ſoluendo, & ſic poteſt non dari locum calumnijs debitorum, qui vellent vocari, & citari in ſcriptis: à quo præcepto non poſſe appellari dixit per ritum 256. eoque maximè cum à ſententia à duabus vncijs infra non appelletur ad finem retardandi executionem, vt in ritu 257. & ita ſeruaſſe confeſſus eſt per dictum ritum 187. quod etiam ſeruatur in Archiepiſcopali Curia Neapolitana, vt eſt videre in ritu eiuſdem in ordine 25. Quod autem di-
38 ctum eſt, Iudicem non debere audire calumnioſos debitores, qui vellent vocari, & in ſcriptis citari, intelligit Carauita procedere, niſi in loco, vbi id contingeret, eſſet Statutum, Priuilegium, ſeù ſolitum, vt à tribus, ſeù duobus ducatis ſupra non poſſit agitari cauſa ſine ſcriptis; quod ſtatutum, priuilegium, ſeù ſolitum eo fortius ligabunt, quo ſe conformia reddunt iuri antiquiori Regni, & ſic Conſtitutioni dilationes de dilat. & exception. vbi dicitur, quod qualibet in cauſa offerendus eſt libellus, niſi infra duos auguſtales, ideſt carolenos triginta, ſupra quos in Patria mea viget ſtylus, ne quis cogatur ſine ſcriptis. Hanc verò limitationem ex prædictis ſublimita, quoties eſſet de ſtylo Curiæ præſentari iuxta ritum etiam inſtrumenta debitum infra vnciam continentia per rationes, de quibus per Frecc. par. 15. qui ita decretum in Sac. Conſ. per Anton. de Alexat. Viceprothonotarium fuiſſe, & vidiſſe refert in principio.

(Adde. Et de dictione infra, quod comprehendat etiam ſi eſſet vncia nec plus, nec minus, fuit deciſum in Sac. Conſ. per D. de Franch. deciſ. 703. quod nota; quia deſeruiet ad interpretationem pœnarum, & priuilegiorum vaſſallis, vel Eccleſijs conceſſorum per hæc verba infra relegationem, & ad alia multa.)

39. Tertiò limita non procedere in inſtrumento partim liquido, & partim illiquido, ſi illiquiditas impedit debiti ſolutionem, vt ſi facta eſt promiſſio de ſoluendo, vel dando aliquid ſub conditione adimplēda per creditorem ante ſolutionem promiſſam, puta promiſit Titius hinc ad menſem mihi centum, ſi hodie nauis ex Aſia venerit, vel ſi ego iuero ad habitādum

in tali loco, vel iuero pro te Romam, aut quid ſimile; nam hoc caſu inſtrumentum huiuſmodi non poterit præſentari, & liquidari executiuè, niſi adimpleta prius conditione, de cuius adimplemento ego in promptu probarem per publicum documentum; defectus enim
39 conditionis, debiti petitionem impedit l. ſi ea conditione C. de condition. inſert. & l. id quod ff. de conſtit. pecun. per quas, & alias ita dixit Robert. conſ. 2. nu. 11.

Quartò limita concluſionem noſtram non procedere in intereſſe, quod conuentum eſſet
40 expreſsè; ſed generaliter deberi, vt ſi in inſtrumento dictum eſſet, & promiſit in caſu contrauentionis ſoluere omnia damna, expenſas, & intereſſe, & quolibet alio incerto, modo enim pro eo non poterit exequi creditor, vt dictat ritus, donec probetur quantitas certa, ita Robert. conſider. 2. nu. 5. & Carauit. ritu 167. poſt nu. 18. in verſ. redeundo, qui probationem, & illius declarationem fieri poſſe dixit per probationes ſummarias, & ſine Iudicis decreto, per quod taxetur certa quantitas defendendo Bart. à contrarietate oppoſita. Ego autem ex doctrina Bart. allegata per ipſum in l. 1. nu. 13. ff. iudicatum ſolui, vbi dicit, quod inſtrumentum illiquidum mereretur executionem declarata prius, & limitata quantitate, decretum ſemper interponi facerem à Iudice, & taxari quantitatem, & pro taxata exequi, quod comprobo ex alijs deductis per Couarr. lib. 2. variar. reſolut. cap. 11. & licet videatur eſſe contra hæc, doctrina Iaſ. in l. certi condictio nu. . . . ff. ſi cert. pet. tamen niſi fiat liquidatio certæ quantitatis nihil operaretur, quod exequeretur ſuper intereſſe ſic in genere promiſſo, & ideò ſtamus huic limitationi. Quam eo fortius procedere dico, quãdo intereſſe non expreſsè promiſſum eſſet, ſed ex tacita contrahentium mente, ac legis conſtitutione intellectualiter veniret, & ſic non poſſe fieri executionem ad ritum dixit Grau. par. 3. declarat. 7. exemplificat Carauit. vbi ſupra in fine, quando fuiſſet promiſſum fabricare domum, & nihil aliud dictum in inſtrumento; tunc enim non facto adimplemento promiſſionis poſt moram poſſet peti intereſſe, quod tacitè, & intellectualiter prouenit ex obligatione facti, l. ſi quis ab alio ff. de re iudic. l. ſtipulationes non diuiduntur §. Celſus ff. de verbor. obligat. ordinariè ſcilicet ea
41 non executiuè. Sic etiam licet pro dote non ſoluta, vel reſtituta debeatur certum quid pro intereſſe à lege conſtituto videlicet

delicet ad rationem paulò minus ſeptem, & quinque in antefato pro centenario in caſu liquidationis pro ſorte iuxta ritum non poſſet fieri executio pro intereſſe; ideoque pacto expreſſo in capitulis matrimonialibus caueas, vt pro-
42 mittatur intereſſe iſtud. An autem, & ad quam quantitatem intereſſe tertiarum debeatur, videre eſt per Vrſillum, & de Franchis, ac alios allegatos per Annam ſingul.261. vbi de multiplici liquidatione, & deciſionibus Sacri Conſilij.

Quinto limita non procedere in debito proueniente ex pœna conuentionali contenta
43 in inſtrumẽto, vt ſi fuerit promiſſum in caſu contrauentionis ſoluere duplum, vel vncias tot, vt conſuetum eſt ſcribi per Notarios; dùm tamen citatus debitor adimpleat, vel debitum principale ſoluat; & hoc ex æquitate, vt dictat ritus Magnæ Curiæ 173. quod ſi non adimpleat, vel ſoluat, non dicas tu à contrario ſenſu ergo ad pœnam tenebitur; hoc enim non eſt verum, niſi quatenus partis concurrat intereſſe, pro quo ſolo, & liquidato conuenietur, ita Affliċt. in deciſ.135. vbi Vrſill. idemque ad eum deciſ.154. nu.6. dixit Grammat. deciſ.58. Grauin. par.3. declar. 6. vbi hoc extendit in quantitate promiſſa palleato pœnæ vocabulo, vel ſuggeſto nomine intereſſe. Hanc tamen limitationem ſublimitat, vbi ſupra, Carauit. nu.3. quoties eſſemus in conditionibus, & purgationi moræ eſſet renunciatum, vt eſt, quando quis cõduxit domum, vel fundum pro tot ducatis, & promiſit mercedem ſoluere in tribus tertijs, ſeù pagis, Natali ſcilicet Paſchate, & Auguſto cum conditione, quod ſi in prima tertia non ſoluerit, poſſit peti totum debitum affictus, & quod mora purgari non poſſit, cui purgationi expreſsè cum iuramento renunciauit; tunc enim exequi poſſet inſtrumentum ad ritum pro toto debito affictus, licet debitum duarum tertiarum, vel vnius proueniat ex pœna ſolutionis vnius, vel duarum tertiarum non factæ, & hoc ex Foller. in addit. ad Marant. par.6. membr.9. nu.38. & 39. & docuit meus Paris in reintegrat. cap.93. nu.34.

( Adde. Verùm iuxta prædicta quæro, quid ſi in inſtrumento ſit promiſſa ſolutio ſingulis tertijs cum pacto, quod poſſit inſtrumẽtum liquidari in qualibet tertia pro ſumma debita; at reſcindi nequeat, niſi per tres tertias continuas à ſolutione ceſſatum fuerit; & detur caſus creditorem pro prima, vel ſecunda tertia liquidaſſe inſtrumentum, & debitorem exſoluiſſe tantum pœnam: cæ-

terum moram non purgaſſe ſoluendo tertias,pro quibus liquidatio facta eſt, & interea aduenerit tempus ſolutionis alterius tertiæ, ita vt vnitis tribus tertijs maturatis, & non facta ſolutione reſciſſioni ex pacto ſit locus: an in caſu præmiſſo contractus reſcindi poſſit? In partem negatiuam inclinauit Regius Conſiliarius Rouitus in rubr.de inſtrument. liquidat. nu.28. ex Speculat.& Ioſepho Seſe: quia pro primis duabus tertijs debitor iam liquidationis pœnam exſoluit; vnde reſciſſionis pœnæ non eſt locus,ne duæ pœnæ eadem pro cauſa concurrant. Hinc ipſe ad hoc euitandum docet apponi debere ſpecificum pactum reſciſſionis contractus, quando ceſſatum eſſet à ſolutione per duas,aut tres tertias cōtinuas, etiam ſi pro aliquibus ex ipſis tertijs inſtrumentum liquidatum, & liquidationis pœna ſoluta fuiſſet.)

44 Sextò limita non procedere in debito prouenięnte ex æſtimatione rei peremptæ, & æſtimatione quantiplurimi, ita Grauin.par.3.declarat.7. & 8. Hinc ſi quis in inſtrumento vēditionis promiſit mihi tradere equum,vel ad eum quoquomodo tenetur mediante publico inſtrumento, & equum non cōſignauit, quia fortè mortuus eſt, vel non habuit, tunc non poterit agere ad eius æſtimationem,& exequi iuxta ritum: ſed bene ordinariè. Similiter ſi quis pro certa quantitate puta centum promiſit certa die oleum,frumentum, vel vinum, & aſſignatione non facta valuerit frumentum poſt diem,centum quinquaginta, inſtrumentum non poterit exequi via ritus pro eo pluri, quo valuerit; ſed pro illa quantitate habita, & hoc tenuit Corneus conſil. 141. quem refert, vbi ſupra, Grauin. qui proinde dicebat, quod Alexand. in conſ.210. incip.ponderatis volum.6.& Canar.q.55. intelliguntur quando ſtatutum non facit mentionem de tenore inſtrumenti: ſed cum ritus noſter de eo faciat mentionem, & debitores citentur reſponſuri ſuper tenore ipſius inſtrumenti iuxta ritum liquidandi, dicendum quod prædictæ authoritates non obſtant, & ſic pro eo pluri agi poterit ordinariè, quo caſu aduertendum

45 quoque eſt,quod augmentum hoc in frumento, & cæteris,id genus ſpeciebus,quæ ſeruando ſeruari non poſſe dicuntur, non debetur vltra triennium, vltra quod (vt plurimum) ipſas ſpecies durare non præſumi conſtat ex gloſ.ſic per Doctores intellecta in lege vnica C.ſi aduerſ.vſucap.& vt l. ſed ſi lege ff.ſcire,vbi Bart.notat ff. de petit. hæredit. Negu-

ſan-

ſan. de pignor. 5. par. membro 5. verſ. adde tamen, num. 12. & cæteri relati per Borgin. Caualean, in tract. de tutore, & curat. num. 227. & ſeq. folio mihi 121. vbi id firmauit ea ra-
46 tione, quia poſt eorum vitam fructus amplius incrementum non recipiunt; ſed diminutionem per doctr. Bart. in l. is cui §. legatorum, num. 2. ff. vt in poſseſſ. legato. & in l. eum, qui vbi addentes ff. de ijs, quibus vt indignis.

47 Septimò limita in debito proueniente ex reconductione ſubintellecta ad formam l. legem C. de locato, & conducto. & l. item quæritur §. qui impleto ff. eodem quibus cauetur, quod ſi quis pro vno anno conduxerit domum pro centum ſoluendis tali die, ac in tot tandis publico inſtrumento mediante, & vltra annum habitauerit, tacitè reconduxiſſe cenſetur pro eodē prætio, & cum pactis iiſdem, tunc enim licet inſtrumentum poſſit habere executionem parata pro primo anno iuxta ritū, non tamē eam habebit pro prætio anni ſequentis ex tacita reconductione proueniente. ita Canar. quæſt. 44. par. prima, quæſt. 9. verſ. & idem foret, Robert. conſid. 7. num. 14. in fine, Grauin. p. 3. declar. 17. Afflict. deciſ. 266. num. 15. vbi Vrſill. tractat de materia conſuetudinis Neapolitanæ, nouiſſimè Menoch. lib. 3. prǽſumpt. 85. nu. 21. & 22. vbi dicta iura non habere locum in iuramento, & pœna, quibus ritus 166. fundatur, aſſerit,

(Adde. Limita octauò non procedere pro tacita promiſſione, quæ ex inſtrumento liquido reſultaret, puta in caſu deciſionis D. de Franch. 325. vbi facta cōceſſione terrarum quibuſdam pro annuis ducatis vigintiuno facta eis poteſtate affrancandi quandocunque infra tamen annos nouem pro ducatis octuaginta duobus ſupra trecentos, & pacto quod inſtrumentum pro conſecutione tam dicti cenſus ſingulis annis in medietate menſis Auguſti, quam dictorum ducatorum trecentorum octuaginta duorum adueniente tempore prędicto liquidari poſſet &c. ex quo enim nō fuerat facta expreſſa promiſſio ſoluendi capitale, fuit deciſum quod ordinarie procederetur, ac prouiſum quod daretur breuis terminus, quo elapſo, quia debitor nihil deduxit, fuit contra eum pro capitali, & intereſſe executum.)

Octauò limita non procedere in debito proueniente ex pactione inſtrumento inhærente,
48 & ſic ex promiſſionibus vltro citroque obligatorijs, verb. gratia ego promiſi equum tibi dare menſe Auguſto, & tu promiſiſti mihi tradere centum menſe Se-

ptembri: nam ego antequam adimpleam, & tradam equum via executiua ad centum agere nō potero ad ritus formam; ſed debeo certiorare extraiuditialiter, vel cum citatione, qualiter equus eſt promptus in loco iudicij, vel penes talem ad omnem tuam requiſitionē, & conſtito Iudici de præmiſſis, procedetur ad liquidationem, ita colligitur ex notatis per Robert. conſider. 2. nu. 12. & ante eum dixit Alexand. conſ. 49. num. 3. volum. 2. Decius conſil. 119. Crauett. conſ. 246. num. 3. Roland. à Valle conſ. 53. nu. 27. cum ſeq. vol. 1.

Nono iuxta prædicta limita non procedere in debito pro-
49 ueniente ex inſtrumento affictus, nam in promiſſione quantitatis facta pro re locata ſubintelligitur conditio patientiæ præſtandæ per locatorem ipſi conductori, quamuis non exprimatur: hoc eſt, vt patiatur locator conductorem frui re locata, ita text. in l. quarto §. inter locatorem, ibi quamuis nihil expreſſum ff. locati, & text. in l. ex conducto in princ. ff. eodem, Canar. q. 27. hinc eſt, quod ſi locator prius non oſtendit in promptu, per publicum inſtrumentum, ſcripturam iuditialē, vel aliūm legitimum modum patientiam fuiſſe præſtitam; non poterit ad mercedem via ritus agere, ita Robert. conſid. 2. num. 14. Frec. par. 7. q. 9. qui nu. 10. dicebat bis in facti contingentia obtinuiſſe, & Carau. ritu 167. num. 20. Atque hoc procedere dixerunt, niſi ſit renunciatum exceptioni patientiæ non præſtitæ: tunc enim bene præſentari, & liquidari poſſe ſenſerunt, atque hanc renunciationem pro cautela liquidationis tradit Robert. vbi ſupra in fine numeri, eſt tamē verum, quod Frec. vbi ſupra, & in queſtio. ſeq. tenuit huiuſmodi exceptioni non poſſe renunciari, & ſecutus eſt eum innominatus author poſt opus Robert char. 3. per multa, & per doctrinam Roderici Soarez in repet. l. poſt rem in declaratione legis Regiæ nu. 41. ff. de re iudic. dicens Carauit. fuiſſe tranſcurſiuo modo locutum: In dubio autem patientiam præſumi præſtitam per gloſ. & Bart. in l. 2. C. de acquir. poſſeſſ. Soccin. conſ. 15. nu. 6. lib. 4. Oſaſcum deciſ. 50. nu. 2. & 17. & Annium in ſingul. 680. ideoq; niſi ille, contra quem præſentatur inſtrumentum opponeret, & pobaret in promptu patientiam non preſtitam, non opitularetur ſibi eiuſdem oppoſitio: vnde concludit in actu practico eſſe aduertēdum, quod locator tenetur ad duo,
50 ad conſignationem, ſeù traditionem rei, & ad patientiā præſtandam per ea, quæ dixit Frec. vbi ſupra, & per conſequens condu-

conductori competunt duæ exceptiones, rei, ſcilicet non traditæ, & patientiæ non præſtitæ: hinc ſi præſentato inſtrumento affictus, opponitur exceptio rei nõ traditæ impeditur liquidatio, quia non habet aliquid probare conuentus, qui non poſſidet, & ſic habet intentionem fundatam: ſi verò opponitur exceptio patientiæ nõ præſtitæ, & tunc, quia ex iſta exceptione præſumitur res fuiſſe tradita, & inſurgit inditium, quod patientia fuit præſtita, & ſic, qui opponit habet contra ſe præſumptionem adeo, quod ſibi onus probandi incumbit, ſequitur quod niſi in promptu de exceptione doceat ad liquidationem, & inſtrumenti executionem procedetur, & hæc opinio mihi ſatis placet, tu verò in practica cogita, & poſt hæc vidi Menoch. lib. 3. præſumpt. 86.
51 vbi in dubio patientiam præſumi præſtitam docuit per doctrinas, & cõſiderationes, quas videto. Sed retenta limitatione prædicta quo ad inſtrumentum locationis, quod in ſe non
52 ſit liquidũ, amplia ipſam procedere in inſtrumento locationis, in quo fuiſſet facta locatio alicuius terræ conceſſæ pro tot iugeribus viginti, ſcilicet vel triginta ſub mercede ſoluenda ad rationem decem, vel vnius modij frumẽti pro quolibet iugere, cum pacto tamen, vt menſurari debeat petia terræ, & alter alteri reficere, ſi in maiori vel minori quantitate terrę reperiretur cum renunciatione patientiæ non pręſtitæ: nam inſtrumentum hoc non erit liquidum pro quantitate iugerum etiam expreſſa: ita (quicquid vnus ex Dominis dixerit per text. in l. Publia §. fin. ff. depoſiti, vbi Bart. & Aret. & in l. hæc vẽditio §. fin. ff. de contrah. empt.) retulit in Sac. Conſ. deci-
* ſum D. Præſes de Franchis deciſ. 292. de anno 1582. ratioq́;
53 ſecundum Alex. qui hanc partem in fortioribus terminis ſequitur in conſ. 176. vol. 6. poteſt eſſe, quia locator tenetur tradere rem locatam conductori aliàs non dicitur impleuiſſe contractum ex parte ſua, l. ex conducto in princ. ff. locati, & ante mẽſurationem non poteſt dici tradidiſſe, quia non poteſt conſtare, quod tot fuerint, quot ſunt expreſſi: verùm quod inde ex textu prædicto, & l. hæc venditio §. fin. ff. de contrah. empt. & doctrina Soccin. & Dec. ac aliorum fuerit liquidatum inſtrumentum ſimile pro credi-
* tore dixit deciſum in Sac. Cõſ. de anno 1589.

Decimo, & vltimo limita in debito proueniente ex inſtrumento venditionis: nam in eo
54 ſubintelligitur promiſſio euictionis, etiã ſi ea expreſsè promiſſa non eſſet: nam venit de

natura

natura contractus, ac ſemper ineſt l.ex empto in princ. ff. de act.empt.l.non dubitatur C.de euiction. vnde contractus tanquam vltro citroque obligatorius per l.Iulianus §.offerri, vbi Bart.ff.de act.empt.executionẽ iuxta ritum non meretur. Eſt tamẽ verum, quòd emptor de-
55 bet docere de euictione imminente in limine contractus per fidem authenticam de lite mota,& tũc in liquidatione ſuperſedebitur, & ſoluere non cogetur,per tex.in l.poſt perfectam C.de euiction.per quę iura Canar. q.27. ita tenuit, & Frecc. par.7. q.6. & Carau. ritu 173. nu.6. & ante eos Neguſant. de pignor.1.membr.5. par. nu.29. circa 29.

( Adde. Quem text. l.ſi poſt perfectam procedere etiam, quando imminet euictio ratione hypothecæ, doceuit de Franch.deciſ.553.nu.1.& non modo agendo, ſed etiam excipiendo, quando prętium ſolutum tantummodo petitur, vt deciſum in Sac Conſ. idem D. de Frãch. deciſ.557.teſtatur.

Quam limitationẽ ſublimita
56 primo non procedere ſi venditor offerret fideiuſſionem de reſtituendo in caſu euictionis ſecutæ, eo enim caſu cogitur emptor ſoluere,vel contra eum liquidatio fiet,ita Doctor.prędicti,vbi ſupra,& Carauit.plus dixit, quòd fideiuſſio debet eſſe generalis euictionis, & ſic non tantum imminentis pro lite mota: ſed etiam pro quacũque in futurum mouenda, ſequitur Vrſill.ad Afflict.deciſ.171.nu.4. & licet Carau.d.rit.173.nu.9.& 10.contra multos pugnet hanc cautionem præſtari debere per idoneos fideiuſſores, etiam ſi venditor ſit aliàs idoneus facultatibus, tamen contra ipſum dixit fuiſſe iudicatum in Mag. Cur.de anno 1540. & confirmatum in Sac.Conſ. Vrſill.ad Afflict.in d.deciſ.171.nu.5.in cauſa Matthæi Maioranæ,qui venditis quibuſdam Sclauis egit ad prętium contra emptorem,qui recuſans,ex quo illæ ad libertatem proclamabant, & ſic in limine euictio imminebat, fuit condemnatus ad ſoluendum eidem Matthæo tãquam notoriè
57 diuiti. Sublimita ſecundo non procedere,quoties debitor,cui fuiſſet lis mota ſuper re empta, laudaſſet in ſuum authorẽ venditorem,& ſic ſuum creditorẽ, qui ſuſcepiſſet in ſe iudicium,& ſimiliter laudaſſet alium primum vẽditorem in authorem, & hic eſſet notoriè diues in bonis ſtabilibus, & iudicium in ſe ſuſcepiſſet: tunc enim eum hic habeatur vti fideiuſſor,vltimus venditor, & creditor ad aliam fideiuſſionem, & euictionem non tenebitur,& inſtrumentum via ritus liquidabit, ita per doctrinam Afflict.in d.deciſ.171.

ſeruari

ſeruari in practica dicit Cara. num. 10. licet in puncto iuris aliter ſibi videri teſtetur. Sublimita tertio non procedere,
58 quoties debitor, & emptor procuraſſet euictionem, & litem ſibi moueri, tunc enim oppoſitione non obſtante contra eũ procedetur: ita per multa Carau. ibidem, num. 12. & ante eum Frece. p. 7. q. 6. num. 3. Vrſill. ad Afflict. d. deciſione num. 2.
59 Sublimita quarto, & vltimo non procedere in caſibus, in quibus venditor non tenetur de euictione; cum enim tunc ex ijs nullum oriri poſſit impedimentum, ad liquidationem, & carcerationẽ procedetur: hos autem caſus vide per Afflict. in cap. 1. §. rurſus ſi fidelis à num. 30. vſque in finem: Quibus ex cau. feud. amitt. & Couar. lib. 3. var. reſolut. cap. 17. per totum. Idem erit ſi fuiſſet con-
60 uentum, venditorem de euictione non teneri, nec ad prætij reſtitutionem, tunc enim ſiue habita fuerit fides de pretio veniente tempore cogitur ad illius ſolutionem etiam ſecuta rei venditæ euictione, & ita iudicatum in Magna Curia retulit de Franc. deciſ. 239. quod decretum ibidem latè comprobat.
61 Pariter quoque in venditione poterit excipere emptor, & debitor quòd res vendita non ſit libera; ſed hypotecata pro tali debito, & dotibus: vel ſideicommiſſo ſubiecta, & producere inſtrumentum obligationis dotis, vel capitis teſtamenti, & quòd poſſeſſio non poteſt cenſeri tradita, ex quo de iure ab eo auocari poteſt, l. non videtur. ff. de acquir. poſſeſ. l. ſi creditor, ſ. ſoluto matrimon. per quę ita dixit Frec. p. 7. q. 5.

Et in obligatione pura amplia hoc procedere etiam ſi vẽditor ſit diues, & habeat alia bona, ſuper quibus quando euictio ſequeretur, poſſet emptori ſuccurri: nam emptor poteſt dici non conſeſiſſe ſi ſciuiſſet rem obligatam, & quod ſua intereſt litibus non inuolui; & quod ſibi expedit magis, quam rem, prętium habere, & ita concludit Afflict. & ibi Vrſill. in deciſ. 241. atque idem Frec. vbi ſup. à num. 6. vſque ad fin. num. 9. & licet dicat iſtam deciſionem ſibi videri arduam; ex quo vix bona reperiuntur, quæ non ſint obnoxia; tamen poterit ſibi conſulere venditor præſtando fideiuſſorem de ſeruando eum indemnem à dicta obligatione.
62 Subamplia, vt in obligatione pura emptor valeat non modo non ſoluere; ſed etiam ſolutum repetere. Auth. quid. damn. opin. tit. 5. §. 72. & ad Aalexandr. in conſil. 65. vol. 5.

(Ad-

proris prædicti d. rem poſſide-
65 re) per quod naturalis, & ci-
uilis poſſeſſio transfertur l. ꝙ
meo. ff. de acquir.poſſeſſ.& ra-
tio eſt: nam non ſequitur in
inſtrumento eſt conſtitutum;
aut precarium, ergo poſſeſſio
eſt emptori tradita: cum de-
beat probari, quod tempore
conſtituti venditor in rei ven-
ditæ poſſeſſione erat, ita gloſ.
notab. in l. quamuis §. ſi con-
ductor in verſ.retinet, vbi Ang.
ff. de acquiren. poſſeſſ.& in l.2.
verſ. tradita. C. eodem adeo
quod ſi non probetur id, non po
terit conſtitutum, quod regu-
letur à poſſeſſione conſtituen-
tis, qui non poteſt plus iuris in
alium transferre, quam ipſe
habet, vulgata l. nemo plus ff.
de regul iuris, concludit Oldra
dus conſ.129.Alex.conſ.23. n.5.
lib. 7. & conſ. 161. vol. 6. Dec.
conſil. 247. num. 3. 251. nu. 3.
& conſ. 281. num. 5. Tiraquell.
de conſtit. poſſ. p. 3. num. 1.
cum ſeq. Dec. conſ. 302. nu. 9.
Atque præmiſſa eo fortius pro
cedunt, ſi precarium eſt cum
conſtituto copulatum (quod
imperiti notarij faciunt) in
hunc modum, & conſtituit ſe
66 precario nomine poſſidere;
tunc enim cum precarium re-
ſtringat conſtitutum, & per
precarium ſola ciuilis transfe-
ratur poſſeſſio, ac naturalis pe-
nes venditorem, & conſtituen-
tem remaneat, ſecundum glo.
Bald. & alios in l. ab. emptio-
ne. ff. de pactis, & d. l. quod
meo, ſuquitur quod poterit ex
cipere, quod tradatur natura-
lis, & corporalis d. l. & habet
§. cum qui & d. l. 2. & 3. l. Iu-
lianus, §. ex vendito, & l. ex
empto. ff. de act. empti cum
l. in conuentionalibus §. final.
ff. de verbor. obligat. Alexan.
conſ. 28. nu. 7. volum. 2. & tã
in conſtituto ſimplici, quam
precario hanc dicit communẽ
opinionem vltra Alexan. Dec.
conſ. 281. num. 4. melius Oſa-
ſcus Deciſ. Pedemont. 26. vbi
ſecundum eam dixit ſæpe iudi-
catum in ſupremo Taurinenſi
Senatu Sereniſſimi Allobrogo-
rum Ducis. Guido Papæ deciſ.
509. & ita (quicquid multi di-
xerint, & Alexand. conſ. 26. n.
2. nec prædictis obſtat, volu. 1.
diſtinxerit) ſimpliciter tenen-
dũ eſſe teſtatus eſt damn.opin.
auth. ad Alexa. in d. conſ. 28.
& in conſuetud. Pariſien. §. 7.
n. 18. & in l.corrupt.C.de vſufr.

67 Præmiſſam vero ampliatio-
nem in eo, quod de conſtituto
ſimplici loquitur, limita pri-
mo quando euidenter conſta-
ret, vel non negaretur à parte
de poſſeſſione venditoris tem-
pore conſtituti, & contractus
celebrati, & ſic hoc caſu exce-
ptione rei non verè traditæ nõ
obſtante, contra emptorẽ liqui-
dari poſſe inſtr. pro prætio, di-
xit Frec.p.7.q.3.n.22. vbi in fi.
hanc

hãc limitationem in præcario cũ eo copulato non habere locum teſtatus eſt ea ratione, quia adhuc reſtat obligatus, naturalem, vt ſupra tradere.

68 Secundò limita prædicta in ampliatione præmiſſa nõ procedere, quando venditor, & emptor fuiſſent in rei cõſpectu tẽpore celebrati cõtractus, & de hoc conſtaret, l.1.§.ſi iuſſerim, & d.l. quod meo §. per venditorem. ff. de acquir. poſſ. vel vendite rei claues emptorj traditę d. §. ſi iuſſerim, & l. clauibus. ff. de contrahen. emptione, vel cuſtodes in re empta fuiſſet per emptorẽ appoſiti, vt in l. quærẽdarũ. ff. de acqui. poſſ. & c. fine de cauſa poſſeſ. & propriet. dixitque vbi ſupra Frecc. numer 8.

Secũdo ampliatur exceptio prædicta rei non traditæ, vt cõpetat, etiam ſi in inſtrumento
69 adſint ea verba vendidit, & tradidit; nam cũ per ea cenſeatur emptori data ſola licentia capiendi poſſeſſionẽ, eãq; propria ingrediẽdi authoritate, vt dicunt comuniter Doct. in l. p̃dia. ff. de acqui. poſſ. Alex. conſ. 10. vol. 4. & Crauet. cõſ. 245. n. 13 illã emptor non potuit capere, & ingredi, cũ ſibi nõ cõſtaret vẽditorẽ illã habuiſſe, quod ea verba apponi ſolent per notarios in inſtr. de conſuetudine cenſendũ Alex. in conſ.... ideoq; nihil operantur, quia partes cõtrahentes de eorũ effectu non cogitarunt, argum. eorũ, quæ in ſimili dixit Bart. in l. j. n. 10. in fi. Barb. in cõſ. 16. vol. 2. & alibi ſæpè in cõſilijs relatis p Frec. vbi
70 ſup. n. 17. Poſſeſſio vero an probetur per æſtimi librũ, locationẽ, rei factam, ac mercedis perceptionem, vide notabiliter per Alex. conſ. 10. vol. 4. Soc. conſ. 11. vol. 3. Pariſ. cõſ. 104. n. 84. cũ ſeq. Dec. cõſ. 302 n. 16. & conſ. 400. num. 3. & conſ. 221. num. 7.

71 Limita verò hanc ampliationem non procedere, quando res vendita eſſet præſens, & hoc conſtraret in contractu, vt quia in eo diceretur vineam vendidit, & tradidit hanc vbi ſumus, vel quæ ante nos eſt, & demonſtratur; tunc enim cum veram poſſeſſionis traditionẽ operẽtur hæc verba, vt concluditur in d. l. prædia, & eſt tex. in d. l. quod meo §. per venditorem, dicendum, quod inſtrumentum ea continens rei non traditæ exceptione non obſtante, pro prætio liquidabitur.

72 Sublimita vero hanc limitationem in re mobili, cuius poſſeſſio, etiam ſi in inſtrumento eam fuiſſe præſentem non appareat, veroſimili tamen ſic quod tempore contractus, in quo dicitur vendidit, & tradita cenſebitur, ſecundum gloſ. & ibi Bart. in lege prima C. de fide inſtrument. & de iure haſtę fiſca. libro decimo Alex. in

In d.l.prædia nu.8.& Frecc vbi ſupra nu.8. & 9. & ideò faciunt ea verba in hoc, inſtrumentum liquidum.

73 Tertiò amplia hanc exceptionem intantum competere emptori, vt etiam ſi eam ipſe non oppoſuerit, poſſit Iudex (ex aduerſo non verificata rei traditione) in vltimo peremptorio venditorem repellere, ita (quicquid per Iudicem quendam Mag.Cur.Vicar. in contrarium iudicatum viderit) tenuit Frecc. par.7. q.2. à num. 4.

Exceptionem verò prædictā ita ampliatam,limita non competere;& primò quando appareret per aliud publicum inſtrumentum,quod venditor requiſiuit emptorem, vt veniat ad locum rei venditæ ad poſſeſſionem accipiendam, vel ad capiendum rem mobilem in
74 tali loco; tunc enim quoniam ſufficit tradere,vel velle rem tradere ſe offerre paratum d.l. Iulianus §.offerri ff. de action. empt. cum ſimil. allegatis per Frecc.vbi ſupra num.14.dicendum, quod ex parte ſua adimpleuit,& per conſequens liquidare inſtrumentum, oppoſita exceptione non obſtante:poterit,& huiuſmodi requiſitio, ſiuè oblatio poterit fieri pendēte iuditio liquidationis, & ſic inter citationem.& vltimum peremptorium,argum.l.ſi rem mihi dederis §. final. ff. de pignor. action.l.ſi mandauero tibi ff. mandati, & notatorum in l. non poteſt,de iuditijs, dixitque Alex. in conſ.27.num.2. vol.6.

75 Secundo limita non competere contra inſtrumentum mutui,quod dependeret ab inſtrumento emptionis factæ, exempli gratia,ſi ego vendidiſſem tibi vineam pro centum, quos confeſſus fui recepiſſe (cum tamen verè,& realiter non receperim) in inſtrumento venditionis: ſed tu feciſti mihi inſtrumētum mutui pro illis manualiter, & incontantis receptis ad alios actus extraneos nō deuento, & coram iiſdem Notario, Iudice, & teſtibus: eo enim caſu inſtrumentum hoc mutui, non obſtante quod debitor diceret,& verificaret dependiſſe ex inſtrumento venditionis, contra quod ſalua eſt exceptio rei non traditæ,vt dictum eſt, ad formam ritus liquidaretur: ratioq; inter alias, quas refert Frecc.qui hanc partem tenuit par.7.q.7. num.30. eſt, quia debitum ex vna cauſa
76 poteſt conuerti in debitum ex alia cauſa, licet cauſa ſecunda ſit ſimulata l.ſi ex pactio, & l.ſi pro mutua C. ſi cert. petat. & ſic ſufficit creditori inſtrumentum eſſe liquidum, & ex ſui lectura aliquid eum facere non teneri.

Tertio

Digitized by Google

Tertio limita non compete-
77 re, quando eidem fuerit cum iuramento renunciatum per l. final. C. de pactis, eſt tamen verum, quod impetrata à iuramento abſolutione, ea vti nõ prohibebitur, vt inferius rubr. vel facta liquidat. nu. . . . dicemus.

Sed quæro in inſtrumento emptionis, & venditionis vndique liquido adeſt pactum, quod emptor ſoluat prętium infra menſem, alias quod emptio ſit reſoluta: excurſo menſe venditor agit ad prætium replicante emptore, quod non poteſt liquidari inſtrumentum, quia emptio eſt reſoluta, an bene dicat? Reſpondeo quòd non, & ſic, quod venditor contra emptorem poterit liquidare illud ex ijs, quæ dixit Frecc. part. 7. quæſt. 8.

78 Item quæro facta eſt venditio alicuius Terrę finibus limitatæ ad rationem ducatorum decem, vel ſex pro quolibet iugere, vel venditum eſt vinum, vel oleum ex cellario, & diſpẽſa ad rationem vnius tareni pro quolibet cado, vel ſuſtario, an venditio ſit perfecta, ita quod pro prætio contra emptorem agi poſſit? Et dicas quod antequam fiat menſuratio non dicitur perfecta, & quod ſit cõditionalis, & per conſequens ad prætium agi non poſſit, ita Bart. in conſ. 74. & 121. volum. 1. Bald. in l. ſicut nu. 3. C. de actio. empt. Alexand. conſ. 33. nu. 5. & 176. nu. 1. vol. 6. & ad faciendam ipſam perfectam, & inſtrumentum pro pretio liquidum, quod facienda ſit interpellatio, vt emptor veniat ad talem locum tali die ad menſurationem per agrimenſores fieri videndum, cum quo etiam ipſe venditor ſit, docuit Alexand. d. conſ. 33. à nu. 7. vſque ad 16. quem video in contingentia facti. An verò limitatio Soccini, de qua in conſ. 128. quod eſt vltimum volum. 3. volentis, quod quando prædij venditi ſpecificata ſit certa menſura, puta vendo tibi tale prædium, quod eſt cẽtum iugerum ad rationem ducatorum decem pro quolibet iugere, cum pacto quod ad inſtantiam partium fiat menſuratio, & eodem modo prætium augeatur, vel minuatur, ſit vẽditio perfecta quo ad ſpecificata ſaltem ſit vera, vel non, ex text. in l. hæc venditio §. fin. ff. de contrahend. emptione, & ex dictis ſupra nu. 52. & 53. di-
79 iudicare poteris. Exceptio autem rei non traditæ, (vt ad inſtitutum prius redeamus) infra quantum temporis ſpatium contra inſtrumentum opponi poſſit pro ſpecie, quam quis confeſſus fuit recepiſſe, videndus eſt text. in l. in contractibus §. ſed quoniam in fine C. de non numerata pecunia, & nos quoque

quoque infra in d.rubr. vel facta liquidatione num.... tan-
80 gemus. An autem inſtrumentum ad comune lucrum, & damnum via ritus præſentari poſſit, vide Foller. ad Marant. par. 6. de inſtrum.product.num. 3. vbi diſtinguit caſus, in quibus præſentatio permittitur. Et per hæc huic primæ parti ſit finis impoſitus. Io. Paul.Galter. V.I.D.

## Secunda Pars principalis.

Sequitur modo ſecunda pars principalis huius practicæ, in qua videndum eſt de perſonis, quæ poſſunt exequi, & contra quas executio ad ritus formã fieri poteſt. Hæc ſubdiuiditur in tres alias.

In prima videbimus de perſonis, quæ exequuntur tàm nomine ſuo, quàm alterius.

In ſecunda de ijs, contra quas procedit, vel non procedit executio.

In tertia de præuentione, habito prius ſermone de abſolutione à iuramento, quæ eſt quoddam ad præuentionem præparatorium.

## Prima Pars Secundæ Partis.

## Aduertat creditor ad perſonam ſuam. Rubr. Prima.

*SVMMARIVM.*

1 *Omnis creditor, qui contraxit, & principaliter nominatus eſt in inſtrumento ad ritus formam exequitur, cum ampliat. vſque ad nu. 20. & limitat. à nu. 21. vſque ad finem.*

2 *In diſpoſitione quantumuis generali boneſtas ſemper exempta intelligitur, eaque vti dignior omnibus rebus anteponenda eſt.*

3 *Statutum laicorum fauorabile in foro ſæculari etiam clericum comprehendit.*

4 *Clericus vtens aliquo ſtatuto, vel lege, cenſetur vti cum omnibus adminiculis.*

5 *Lex cum non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus.*

6 *Creditor ex cauſa fideiuſſionis ad ritus formam exequitur.*



Digitized by Google

7 *Declaratio creditoris dicentis fuiſſe ſatisfactum a confideiuſſore ſufficit ad confideiuſſorem, vel principalem conueniendum.*
8 *Caſus in quibus fideiuſſor agit, vt principalis ipſum liberet; & ad quid agit num. 9.*
10 *Hæres creditoris, quo pacto ad ritus formam exequatur cum ampliat. & limitat. num. 13. 14. 15. 16. 17. & 18.*
11 *Forma libelli pro hærede creditoris.*
12 *Forma decreti ad inſtantiam hæredis creditoris, vt poſſit via ritus exequi.*
15 *Hæres hæredis teſtatoris eſt hæres.*
20 *Furioſus, & mente captus an exequãtur ad formam ritus?*
22 *Ceſſionarius ad ritus formã an exequatur, & nu. 25. & 30.*
23 *Statutum præbens inſtrumentis paratam executionem comprehendit tantum creditores in eis nominatos.*
24 *Perſona extrinſeca in contractibus nunquam ſubauditur.*
26 *Legatarius eſt hæres, & impropriiſſimè defuncti perſonam repreſentat nu. 27.*
28 *Legatarius ceſſionario parificatur.*
29 *Vbi eſt eadem ratio eadem eſt iuris diſpoſitio.*
30 *Cautela vt debitum cedens poſſit liquidare.*
32 *Creditor ſtipulatus nomine ſuo facta declaratione, quod non habet in credito, niſi nudum nomen ad ritum non exequitur.*
33 *Creditor infirmus etiam accedente Iudice ad eius domum non liquidabit inſtrumentum.*

AGgrediendo primam partem huius ſecũdæ partis, aduertere creditorem oportet, vt antequam citare faciat debitorem ſuper tenore inſtrumenti, certioratus iam de inſtrumento, & eius viribus, & de debito, & quod virtute illarum liquidare poteſt, conuertatur ad ſe ipſum, videatque an legitimam habeat perſonam in huiuſmodi extraordinario iudicio? quod vt facilius cognoſcat poſita concluſione, & regula pro eius inſtructione, ſubiungamus ad eam ampliationes, & limitationes.

1 Concluſio ergo, & regula principi-

principalis ſit, quod omnis creditor, qui contraxit, & nominatus eſt in inſtrumento guarentigiato poteſt exequi facere contra ſuum debitorem via ritus, niſi iuſta ſolutionis, vel ſatisfactionis exceptione, quæ in promptu probaretur, ſubmoueri poſſit, ita firmat ritus 166. Hanc autem amplia, &c.

Primò procedere in creditore, ſiuè maſculo, ſiuè fœmina, ita Grauin. 2. part. declarat. 18. & Robert. conſiderat. 4. num. 7. Foller. ad Marant. part. 6. verſic. & producuntur ſcripturæ, & inſtrumenta num. 5. dicentes, quod ſi mulier creditrix eſt honeſta, perſonaliter in palatio, & loco, vbi Curia regitur, comparere non tenetur; ſed honeſtatis cauſa in propinquiorem Curiæ Eccleſiam ſe conferre debet, & vocato debitore in bancha, aliquis ex actuarijs accedet ad prædictam Eccleſiam, interrogabitque eam an præſentet contra ſuum debitorem inſtrumẽtum? tùm facta oretenus relatione ab Actuario, Curia ſedente pro tribunali condemnatur debitor vocatus non comparens perſonaliter, vel non excuſatus, vt infra par. 3. part. rubr. audiantur excuſatores, & comparens carceratur.

Hanc autem ampliationem, quo ad id quod dicit de fœmina, ſubamplia in moniali creditrice clauſtrata, quo caſu accedet Actuarius ad Monaſterium eiuſdem loci ad explorandam voluntatem, vt ſupra,
2 & hoc cauſa honeſtatis, & pudicitiæ conſeruandæ; in quauis enim diſpoſitione quantumuis generali honeſtas ſemper exempta intelligitur, argument. l. nepos Proculo ff. de verborum ſignificatione, eaque vti dignior, eſt omnibus rebus anteponenda, l. Iulianus ff. ſi quis omiſſa cauſ. teſtam. dixit Bald. in l. quod ex liberta num. . . . . C. de oper. libert. & Robert. vbi ſupra.

Secundò amplia in creditore, ſiuè laico, ſiuè Clerico, per notata à Grauin. 2. part. declarat. 14. num. 22. & Robert. conſiderat. 3. num. 9. quicquid in contrarium tenuerit Freccia part. 13. quæſt. 1. ratioque eſt ſecundum Abb. in capit. conſtitutus num. . . de in integrum reſtitutione; Bald. in l. de quibus num. 5. ff. de legibus, Iaſon. ibidem num. 12. & Dec. conſil.
3 282. Quia ſtatutum laicorum fauorabile in foro ſæculari, etiam ipſum Clericum comprehendit; ſequitur hanc ampliationem Carauit. ritu 166. num. 34. vbi refert ita quotidie in omnibus Curijs ſeruari, & clericos contra eorum debitores liquidare inſtrumenta ad formam ritus, ſubdens hoc intantum procedere, quod ſi cleri-

eus malè accuſauerit inſtrumentum, tenebitur ad pœnam, quæ exigi ſolet ab indebitè accuſantibus, trium ſcilicet, vel duorum tarenorum ad minus pro vncia, attenta prius creditoris facultate, & ita tenuit etiam in ritu 133. num. 3. & ad expenſas condemnabitur Carauit. vbi ſupra ritu 166. num. 25.ratioque affertur,quia poſt-
4 quam clericus vtitur ritu prædicto,cum omnibus adminiculis vti intelligitur, ita Bald. in dicta l.de quibus quæſt.6. num. ... ff.de legibus, & l. contra §. final. num.... ff. de pactis, & Foller. ad Marant. par.6. actu 8.nu.15.

Tertiò amplia in creditore Iudæo, vt is quoque ad ritus formam contra ſuum debito-
5 rum exequatur, ita Frecc.par. 13.quæſt.ſecunda: ritus enim cum non diſtinguat, nec nos diſtinguere debemus, vulgata lege de prætio ff.de public.in rem action. l.prima §.generaliter ff. de legat. præſtand. & quia vti vnus de Populo Romano in ſtatutis, & conſuetudinibus quo ad honores,& onera comprehenditur,vt per Socin.conſil.62.num.11. & 12. & conſ.70. num. 2. & 3. volum.1. Barbat.conſ.63.vol.4.& conſil. 15.vol.1.

Quarto amplia in creditore ex cauſa fideiuſſionis:nam
6 is ſi contra eum fuit præſentatum inſtrumentum, & fuit exactus, vel exiſtit in carceribus, poteſt ſuum indemnitatis inſtrumentum contra principalem debitorem præſentare, & via ritus liquidare, ita concludit Bartol. in l. fideiuſſor pro venditore ff. de fideiuſſoribus, Bald.in l. certum num...., C. familiæ herciſcundæ,& ( quicquid Barz. part. 2. quæſt.6. tenuerit ) ita firmat Frecc. part. 12. quæſt. 3. & circa exactionem contra fideiuſſorem nota, quod ſufficeret confeſſio creditoris dicentis ſibi fuiſſe ſolutum, vel ſatisfactum per ipſum fideiuſſorem,ita Bartol.notab. in conſil.160. volum.1. Doctores omnes in l. duobus reis §. primo ff. de iureiurando, & de comuni opinione teſtatur Viuius lib.1. opinion.294. & 301. ceſſis tamen ei à principali creditore actionibus, vt inferius rubric.2. num.... dicemus, & ad ſaturitatem de hoc vide Muſcatell. in praxi fideiuſſoria
8 modo vigeſimo. Caſus verò, in quibus fideiuſſor poteſt contra principalem agere, vt ipſum liberet à fideiuſſione, vide per Afflict. in deciſ. 241. & ibi per Vrſill. qui alios ſcribit num. 4. & per Marſil. in rubrica de fideiuſſor. nu.216. Duennas regula 336.litera F,& cum inter alios inſerant eum, vt fideiuſſor poſſit conuenire principalem antequã ſoluat,quando

do eſt obligatus publico guarentigiato inſtrumento, cuius vigore debitor obligatus habetur pro condemnato ſecundum allegata per Guido. Papæ deciſ. 117. & Alexand. conſ. 72. volum. 2. num. 6. & ſic ſimus in primo caſu poſito per Afflict. in deciſione prædicta; quæro an hoc ſit verum, & in Regno procedat? Et dicas (quicquid Alexand. vbi ſupra, & Marſil. in d. rubr. nu. 293.) quòd in obligato inſtrumento publico mediante hoc non procedit, cum fideiuſſor ſtatim condemnatus dici nequeat: ſed citationem præcedere oporteat, & illius inſtrumenti executionem petitam, iuxta doctrinam Salyc. in l. ſi pro ea nu... C. mandati, & argum. eorum, quæ notat idem Guido in d. deciſ. nu. 2. circa finem, de Franch. deciſ. 414. & non practicari, nec eſſe verum dicit damnat. opin. author ad Alexand. conſ. 72. verſ. condemnato volum. 2. per ea, quæ dixit in conſuet. Pariſienſ. In obligato verò penes acta Curiæ, cum in ea in omnibus quaſi locis nō requiratur citatio, & verificentur præmiſſa ſtatim facta incuſatione, & petita executione: dicerem quod fideiuſſor aget,
9 ad quid autem aget, ad pecuniam, vel vt liberetur? dic quod, vt liberetur, & exequatur captis pignoribus pro quantitate in obligatione contenta, ſic non via ritus ita; vt ſoluatur pœna gloſ. in l. ſi quis mandato ff. de negot. geſtis, vbi Bald. nu. 4. & idem Bald. in l. Lucius ff. mandat. & allegati à Natta ad Alexand. d. conſ. 72. liter. I, volum. 2.

Quinto amplia in creditore, ſiue Regnicola, ſiue aduena, qui inſtrumentum extra Regnum confectum liquidare vellet, vt per Grauin. par. 2. declarat. 13. Robert. & Carauit. per nos allegatos ſupra 3. primæ part. rubr. aduertent ad debita, & cauſas nu. 23. quo recurrendum eſt, quoties quid hoc caſu ſit obſeruandum quæritur.

10 Sexto amplia in hærede creditoris prædefuncti, per ritum Magnæ Curiæ Vicariæ 178. cōſtito prius ipſum eſſe hęredem, & ita circumſcripto ritu, voluerunt Caſtrenſ. num..... & Alexand. num..... in l. ſi poſtulante ff. ad Senatuſconſult. Trebell. Soarez in l. poſt rem ampliat. 1. num. 10. ff. de re iudicat. Gomeſ. ad l. Tauri 64. num. 6. poſtea verò per ritum, tenuit Grauin. par. 2. declarat. 3. num. 4. Frecc. par. 11. quæſt. 10. Robert. conſider. 3. num. 3. & Carauit. dicto ritu num. 1. conſtabit autem quem eſſe hæredem per præambulam petitionem, & probationem, vt dixit ritus 181. qui fuit conditus per diſertiſſimum virum Henricum Acconciaiocum Patri-

cium Rauellenſem, vt refert Frecc.par.8.quæſt.2.num.17.& de iure communi, & adhuc requirebatur, teſte Bald. in l. per diuerſas quæſt.10. num.... C. mandati,& Angel.in l.ereditores colum.final. num.... C. de pignor. cum verò caſus contigerit ita ſecundum Carauit. in d.ritu 181.num.2. libellum formabis.

11 In Curia Capitanei Ciuitatis N. comparet N.filius,& hæres quondam N. & dicit qualiter anno elapſo dicto N.cui ipſe ſucceſſit, mortuus eſt relictis nonnullis nominibus debitorum in eius hæreditate, & quia ipſe eſt filius,& hæres,& ipſam hæreditatem adiuit,| vt patet ex teſtibus,quos offert in promptu examinare, & propterea intendit eoſdem debitores conuenire, & citari facere ſuper tenore inſtrumenti ad formam ritus per viam præambuli, & omni alio meliori modo, petit per veſtram Curiam conſtito de præfatis interponi decretum, vt poſſit, & valeat tanquam hæres conuenire debitores, eoſque citare ſuper tenore inſtrumenti, ac contra eos liquidare, & incuſare obligationes iuxta formam ritus, & facere omnia, quæ citra ius, & nomen hæredis fieri non poſſunt iſto, & omni modo meliori; &c. Qua petitione oblata ſi conſtiterit per particulam inſtrumenti,qualiter apprehendit ipſam hæreditatem,vt dicit ritus 167. circa finem, vel per teſtes ſummariè examinatos, qui deponunt ipſum hæredem ſecundum dictum ritum 181.interponetur| decretum in hanc formam.

12 Curia viſa informatione ſũmariè capta ad inſtantiam talis hæredis, prouidet quod dictus talis tanquam hæres talis poſſit,ac valeat omnes debitores in hæreditate remanſos conuenire, & citare, & contra eos liquidare inſtrumenta iuxta formam ritus Mag. Cur. Vicar. & facere omnia, quæ citra ius, & nomen hæredis fieri non poſſunt, & ita per hoc ſuum, &c. Quo decreto interpoſito expediatur citatio,& in ea fiat mentio de præambulo facto, atque ita in practica ſeruari dixit Carauit. vbi ſupra num.4. qui vlterius hoc notabat| procedere in hæredibus ex teſtamento,ab inteſtato autem non ſemper,& in omnibus,at ſolum in filijs, & alijs ex linea deſcendẽti,& fratribus in linea tranſuerſali, videto ipſum.

Hanc ampliationem ſubamplia multis modis,&

13 Primo procedere etiam in fiſco hærede creditoris,ita Grauin.par.2.declar.11.nu.19. per doctrin.Bald. & Iacob. de Sancto Georgio in l.fin.C.de edict. D.Adr.toll.

Secundo

14 Secundo ſubamplia in hærede pro parte, qua hæres eſt, liquidare valeat, Alex. Soccin. Iaſon, & alij in l. 2. §. 1. ff. de verbor. obligat. Alex. Soccin. Iaſ. & Socc. Iunior in l. 4. §. Cato ff. de verbor. obligat. ſuper quarta quæſtione.

Hancque ſubampliationem limita non procedere, quando ei altera portio accreſceret, Aretin. in l. in teſtamento ff. de vulgar. & pupill. quem refert, & ſequitur Grauin. 2. part. declar. 3. nu. 6.

Tertio ſubamplia in hærede hæredis creditoris prædefuncti, cui quemadmodum competit remedium d. l. final. C. de edict. D. Adr. ſecũdum Sapiam, Bart. num. . . . & Bald. num. . . . ibidem, ita quoque beneficium ritus noſtri, & hoc cõſtito prius

15 de preambulo ſuo, & primi hęredis: ratioque eſſe dicitur, quia hæres hæredis teſtatoris eſt hæres l. final. C. de hæred. inſtituend. & l. hæredis appellatio cum ſimilibus, quæ ibi gloſ. allegat ff. de verbor. ſignificat, ita tenet Cauenſ. ritu 286. circa finem num. 13. Robert. conſ. 3. nu. 3. Grauin. 2. par. declar. 4. nu. 9. & Carauit. ritu 178. nu. 6. & 7.

16 Quarto ſubamplia in hærede ſubſtituto, fideicommiſſario vniuerſali, & bonorum poſſeſſore in ijs caſibus, in quibus de iure ciuili non ſucceditur, quibus cum competat beneficium præfatæ l. final. ex præmiſſis eos quoque ad ritus formam liquidare poſſe dixit Grauin. vbi ſupra declar. 5. 6. & 7.

Hanc autem ampliationem ita ſubampliatam.

17 Primo limita non procedere, quoties inſtrumentum non fuiſſet ſtipulatum in præſentia creditoris primi defuncti; tunc enim hęres eius facto, vt ſupra, præambulo liquidare non valeret, quia quod non licebat defuncto, dum viuebat, neque licebit hæredi, & qui in ius ſuccedit alterius eodem iure vti debet cap. is qui, & ibi Dynus de regulis iuris in ſexto, refert Robert. conſiderat. 3. num. 4. quod exemplifica ſi quis vti procurator, vel amicus ſtipulatus eſſet pro dicto creditore, quo quidem caſu hæres cum interuentu illius amici, vel procuratoris inſtrumentum liquidabit, ſicut poterat defunctus cum eiuſdem præſentia expedita citatione ad inſtantiam dicti hæredis facto præambulo, & etiam dicti procuratoris, amicique, & vterq; debet comparere in Curia perſonaliter, & accuſare contumacias iuxta modum iam traditum in part. 3. infra, & in rubr. ſeq.

18 Secundo limita non procedere, ſi creditor in inſtrumenti ſtipulatione recipiens pro ſe ipſo iuramentum, non expreſ-

ſiſſet hæredes : nam tunc ſi inſtrumento contrauentum eſſet in perſona hæredum mortuo defuncto, ijdem de periurio accuſare non poterunt, ita Capyc.deciſ.75.num.4.& Grauin. vbi ſupra nu.7. per multas Doctorum authoritates, ea autem limitatio rarò, aut nunquam eueniet hodie, cum generaliter contrahentes ſtipulentur pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus: poſſet tamen verificari in obligationibus penes acta: circa quas etiam cogita, cum contrahentes in dubio pro ijſdem hæredibus, & ſucceſſoribus ſtipulari cenſeantur l.ſi pactum ff. de probationibus cum ſimilibus.

Septimo principaliter am-
19 plia in muto, & ſurdo, quorum ſtipulatio licet ſit inutilis l.1. §.ſi quis ita ff. de verbor. obligat. & ſic præceptum guarentigiæ: tamen incuſatio, & petita per eos executio ad ritus formam procedit ex dictis Bartol.in d.§.ſi quis ita in fine, Iaſonis, & Bolognetti nu.197.& 217. cum duobus ſeqq. cum præcipuè verba ſtatuti, & ſic dicti ritus ad inſtrumenta publica referantur, dùm ibi dicatur (ex quibus debitis publica inſtrumenta appareant) aliquid Canar.de execut.inſtrum. q.final. tenuitq; Grauin.par.2. declar.23.nu.92.

Octauo, & vltimo amplia in minore, furioſo, & mente capto poſt contractum: ij enim
20 cum interuentu Curatoris legitimè dati, quod poſſint via ritus ad debitum conſequendum agere, dixit Robert.conſiderat.3.num.7.in fine, ſolus autem minor, furioſus, vel mentecaptus nequaquam poterit, teſte Frecc.par.12.in princ.nu. 2. & 8.

(Adde. Nono, & vltimo amplia in vno ex duobus creditoribus, quibus quis inſolidum promiſit quantitatem, & inde ab vno ſolutionis prorogationem obtinuiſſet; alter enim prorogatione facta non obſtante contra debitorem liquidare poterit, vt iudicatum in Magna Curia, & confirmata ſententia per Sac.Conſ. refert D.de Frãch.deciſ.281. & reſpectu contutoris id facientis inferius rubr. & cuius nomine agat num.5. dicetur.

Concluſionem verò ita fundatam, & ampliatam limita pluribus modis, &

21 Primo notabiliter limita non procedere in creditore bãnito; & excommunicato, qui cũ aliàs repellatur ab agendo, ita quoque à præſentatione inſtruméti ad formam ritus, Canar. q.15. num.35.Barz.par.1.q.3.& 6. & par.3.q.10. ſequitur Grau.par. 2.declar.20.& 21.nu.90.& ſeq. Frecc.par.12. num.3. & ita in practica ſeruatur.

Secundo

22 Secundò limita non procede
re in creditore ceſſionario, hic
enim (quicquid dixerit Cauen.
ritu 286. num. 3. & diſtinxerit
Grau. p. 2. declar. 23. num.94
& Ioannes Antonius à Leo de
Forziatis in l.quod te ff.ſi cert.
pet. numer. 37. verſ. aut enim
ceſſionarius, diſtinguens inter
ceſſionariũ, cui fuit periuratũ
poſt ceſſionem factam ei, & il-
lum cui non fuit periuratum
per debitorem, ſed cedenti ad
ritus formam liquidare pote-
rit, ita Afflict. in conſt.eos,qui
ſcienter q. 10. num.14. Barz.p.
prima q. 9. allegans text. in
l. ſi mulier §. ex aſſe, ff. de iu-
re dotium, Bolognet. in l. pri-
ma, num. 59. ff. ſi cert. pet. Vr
ſill. ad Afflict. deciſ. 64. num.
8. & Viuius lib. 2. comm.opin.
779. atque Carau. qui ratio-
nibus prædictorum cõtrariam
opinionem tenentium reſpon-
det ritui 286. num. 4. afferens
23 rationem, Doctorũ communiter
volentium, quod ſtatutum præ-
bens inſtrumentis paratam exe
cutionem non habet locum, ni-
ſi ad inſtantiam creditoris in
inſtrumento nominati, non au-
tem tertij nominati, licet in-
tereſſe prætendentis, allegat
Bald. in l. ſi pro te per illum
text. C. de dotis promiſſio.
Alexand. in l. 1. §. ſi hæres ff.
ad Sen. Conſ. Trebell. atque
alias cotas: & huius rationis
rationem eſſe dixit, quia ex
diſpoſitione text. in l. ſi ita
ſtipulatus §. Chriſogonus ff.
de verborum obligat. In con-
24 tractibus perſona extrinſeca
nũquam ſubauditur: Vnde mi-
rum videri non debet, ſi ritus
diſponentes inſtrumentum pa-
ratã habere executionem, ſibi
non vendicent locum in Ceſſio
nario, cum in inſtrumento non
nominetur, & ita in practica ſer
uari fatebatur; neque per hoc
obſtare, quod Ceſſionarius ſit
creditor, quia licet ſit verum, &
intereſſe prætendat, non tamẽ
ſequitur, ꝙ in inſtrumento ſit
nominatus; ſecus eſt in hęrede,
creditores enim dum ſtipulan-
tur pro ſe, & hæredibus, viden
tur includere, & nominare hę-
redes ſicut ſe ipſos; ideoq; eos
liquidare poſſe ſupra conclu-
ſum eſt.

Hanc tamen ſublimitabat li
mitationem non procedere in
obligationib' penes acta, quas
executioni mandari poſſe ad ri
tus formam pro ceſſionario, di
xit Carau. ibidem, num. 7. tra-
dens cautelam, vt ceſſionarius
25 ipſe prius conſtituatur procu-
rator ad exigendum à tali de-
bitore tot aureos ſibi debitos
vigore talis obligationis, &
ad quietandum, &c. & ipſam
obligationem caſſandum, & ca
ſu quo renitens fuerit, ipſius
obligationis pœnam incuſan-
dum, & incuſatam exequi fa-
ciendum, &c. Et dictis aureis

exa-

exactis penes ſe retinēdum pro totidem ab eo receptis, ponens eum ipſe conſtituens in locum, & vicem, &c. conſtituens ipſum procuratorem velut in rem propriam &c. ac cedens omne ius, omnemq; actionem, &c. in caſu ſeruari in practica refert: quæ omnia memori mente tenenda ſunt.

Secundò ſublimites tu non procedere in inſtrumento cenſuali quod poſſe exequi, ciuiliter tamen intellige per creditorem ceſſionarium dixit Foller. in Praxi cenſua. verſ. tanquam res iudicatas, num. 26. Fultus quampluribus Doctorum auctoritatibus, quas videto.

26 Tertio limita non procedere in creditore legatario, qui etiam (quicquid Soarez in prædicta, l. poſt rem primam ampl. num. 12. ff. de re iud. in proprijs terminis dixerit, & Grauin. p. 2. declar. 8. & 9. num. 17.) ad ritus formam liquidare non poterit, per allegata à Cotta in memoral.
27 verſ. hæres grauatus ad finem: nam quod legatarius ſit hæres & defuncti perſonam repręſentet, eſt improprijſſimè l. in tempus §. primo. ff. de vſucapio. ibi quodammodo quaſi hæres. & in hac materia liquidationis non attenditur aliud, niſi quod is, qui vult liquidare ſit hæres, vt patet in ritu 178. & 286. Vndè cum verè, & propriè non ſit hæres ipſe legatarius, dictorum rituum diſpoſitio ceſſat, & ſic ad ritum non liquidabit, & hanc opinionem in practica ſeruari refert Carauit. ibidem q. 2. nu. 11. quam ego olim à quibuſdam Prioribus Monaſterij Diui Dominici in Patria legatarij quondam Scipionis Campolongi in ducatis annuis quinquaginta ſuper introitibus, & Gabellis Terræ Malueti, conſultus ſeruare feci: vt ſcilicet via ritus pro tertijs contra Vniuerſitatem, & obligatos non procederent: ſed executiuè ciuiliter: quod ſi fuiſſet abligatio penes acta, aliud dixiſſem, & ſi, & pro
28 vt in ceſſionario, cum parificentur: etiam & vbi eſt eadem
29 ratio, debet eſſe eadē iuris diſpoſitio, vulg. l. illud ff. ad l. Aquiliam cum concordantibus.

Quarto limita in creditore, qui ceſſiſſet alicui debitum, tūc enim is ſolus non poterit via ritus inſtrumentum liquidare, quia ſua non intereſt, cum alijs ceſſerit, & alteri vtilis competat actio. gloſ. & Bart. in l. ſeruus ff. de ſer. exportandis. Bart. in l. vbi pactum in finalibus verbis C. de tranſact. refert Afflict. in Conſt. eos, qui ſcienter, num. 16. quæſt. 8. non ceſſionarius, quia non ſtipulatus
30 de facie ad faciem: Vnde cautela

tela eſt, vt ambo ſimul citare faciant, & compareant, & ceſſionarius renunciet, ſiue retrocedat cedenti tunc enim cum in creditoris cedentis perſona creditum reintegretur, argum. l. filio, quem pater ff. de liber. & poſthum. liquidatio procedet, ita Bolognet. in l. prima, num. 59. ff. ſi cert. petat. quem retulit, ſecutusque eſt Viuius lib. 2. comm. opin. 826. qui ad euitandum ea, quæ contra adduci poſſunt ſubdebat cau-
31 telam, vt cedens alicui creditum ſuum ſemper ſibi reſeruet actionem præſentandi inſtrumentum ſecundum formam ritus contra debitorem ceſſum, & ſic ſe obliget in inſtrumento ceſſionis ad inſtantiam ceſſionarij de illud præſentando ad omnem illius inſtantiam requiſitus, allegat Scaglio. in ritu 163. num. 21. dicentem in facti contingentia ita ſeruari vidiſſe: admonet quoque fratres, qui nomine proprio alicui cõmunem pecuniam crediderũt, vt poſtea in diuiſione facienda ſe obligent de præſentando inſtrumenta ad inuicem, pro vt ſingulorum fauorem, & commodum reſpiciunt.

(Adde. Secutus eſt Conſ. Rouit. in rubr. de liquid. inſtrum. num. 10. & 11.)

32 Quintò attentis præmiſſis limita non procedere in creditore, qui ſtipulatus nomine ſuo; ſed re vera in vtilitatem alterius tertij in inſtrumento nominati, poſtea declaraſſet nihil aliud ſe in eo contractu habere, quam nudum nomen, & quod pecunia, & vtilitas ſpectat ad talem: hic enim quia per text. in l. ſi pupilli, §. videamus. ff. de negotijs geſtis, poteſt repelli exceptione, quod ſua non intereſt facta declaratione, quæ exceptio litis ingreſſum impedit, vt notat Bar. in d. l. ſi pupilli, & l. ſi vnus §. ante omnia, ff. de pactis cum alijs notatis per Dec. in conſ. 302. nu. 4 liquidare nequibit, & nos diximus infra rubr. prima, num. 10. 11. & 15. Nec etiã ille tertius, ad cuius vtilitatem facta declaratio eſt, quia non præſtitum de facie ad faciem iuramentum; Vndè ordinariè procedendum erit, ſi ille eſſet abſens, vel mortuus, ita, vt vnà, & ſimul interuenire non poſſent ad faciendam liquidationem, quæ an hoc caſu procedere poſſit, cum ille tertius non ſit in inſtrumento nominatus, vt in reliquis caſibus ſimilibus cogita.

Sextò & vltimo limita non procedere in creditore infirmo qui per acceſſum iudicis ad ei' domum adhuc non liquidabit, cum hæc practica ſit permiſſa * contra ſolum debitorem infirmum, vt deciſum in S. Conſ. refert de Franch. deciſ. 676. de

anno

Digitized by Google

anno 1599. quo pacto autem is, carceratus, ac mulier liquidare admittantur infra rubr. & perſonaliter in Cur. cōpar. au. con. num. 19. vſque ad finem eſt videre.

(Adde. ſeptimo, ac vltimo, limita non procedere in creditore officiali durante officio, coram quo non poterit fieri liquidatio inſtrumenti quantumuis liquidi; ac remedium eſt, vt cedat iura ſua alteri ita, vt de euictione non teneatur; ita ex Angelo, Paride, Auiles, D. conſ. Rouitus in rubr. prag. de liqui. inſtrum. num. 5. quo loci non procedere dixit, ſi officialis haberet collegas, prout in magna curia; tunc enim coram eis liquidatio fieret, in qua rubr. cum ipſe meminerit omniũ ſcribentium ſuper liquidatione inſtrumentorum, miror curnos tacuerit: ſed quicquid ſit, ſufficiat noſtros labores in hac materia, & in alijs, Regnicolis, & exteris innotuiſſe, ac cæteros labores in feudali diſciplina futuros (Deo duce) notos, & nos eos quales, quales fuerint, vel futuri ſint pro cõmuni vtilitate ſubijſſe.

Hæc quoad perſonas, quæ proprio nomine, & pro ſua vtilitate exequuntur. Ioan. P. G. V. I. D.

## Et cuius nomine agat.

## Rubr. II.

### *SVMMARIVM.*

1 *Tutor ad ritus formam exequitur.*

2 *Tutelæ ſolemnia quæ.*

3 *Teſtamentarius tutor ſatiſdare non tenetur, & quare.*

4 *Debitor ſemper excipere poteſt, quod tutor doceat de ſolemnibus.*

5 *Ex pluribus caſibus ſtipulãtibus in ſolidum quantum alter prorogationem concedere non poteſt ad liquidationem impediendam.*

6 *Prior Monaſterij ad ritus formam an exequatur?*

7 *Monaſterium per Monachos dicitur, & per eos repræſentatur.*

8 *Vniuerſitas an ad ritus formam exequatur.*

9 *Epiſcopus inſtrumentum cõfectum in faciem ſuæ Eccleſiæ liquidat.*

10 *Procurator, an, & quando exequatur ad ritus formã & quare? num. 15. & 15. & 16. & an ad formam Re-*

*Regia Prag. de cenſibus ? num. 17.*

11 *Procurator, & Dominus duo rei credendi ſunt, quã do inſolidum ſunt ſtipulati.*

*Acceptilatione vnius ex reis credendi obligatio tollitur.*

12 *Aeconomi Eccleſia non exequuntur ad ritum, & numer. 14. de practica.*

13 *Eccleſia non dicitur per Oeconomos, ſicut monaſterium per monachos.*

14 *Practica, & cautela vt poſſit procurator exequi ad formam ritus.*

18 *In actibus iudicialibus quaritur ius abſenti ſine ceſſione. ſic etiam iuramentum.*

19 *Iuramẽtum habet vim litis conteſtationis.*

20 *Solutioni adiectus ad ritum non liquidabit*

TRactemus modo de perſonis, quæ alterius nomine exequi vel non exequi poſſunt ad formam ritus, & quidem firmata eadem concluſione, de qua in principio huius ſecũdæ partis, eam amplia pluribus modis, &

1 Primò amplia in tutore; is.n. poterit citare facere debitorẽ ſui pupilli, & contra ipſum exequi iuxta ritum, eſt tamen verum quod debet conſtare,
2 quod adimpleuerit ſolemnia tutelę, quę ſecundum Cara. in ritu 294. & notata per nos plenius in noſtra Praxi tutelari p. prima, rubr. Vel acceptans ſolemnia adimpleat, per totam. Sunt confectio inuentarij, & hoc (dicas tu) reſpectu cuiuſcunque tutoris, ſiue teſtamentarij, ſiue legitimi, ſiue datiui l. tutor qui repertorium, ff. de adminiſtrat. tutor l. fin. C. arbitr. tutelæ, & ritè, & rectè de quo per Aret. in §. fin. Inſt. de Attilia. tuto. niſi tamen teſtator illius confectionem tutori remiſerit d. l. fin. §. illo. Eſt & ſatisdatio cum fideiuſſore, vt res pupilli ſalua futura ſit in tutore legitimo l. legitimos. ff. de legit. tutor. ac etiam in tutore datiuo, l. tutores, & ibi Bart. ff. de confirm. tutore, niſi datus ſit à iudice cum inquiſitione, tunc enim cum idoneus à iudice ſit reputatus, non tenebitur ſatisdare, vt habetur
3 Inſt. de ſatiſd. tut. & curat. in principio. Secus autem in teſtamentario, quia eius fides eſt approbata à teſtatore, vt in d. principio habetur, niſi in ea ſu voluntario, de quo in §. 1. Inſt. de ſatisdat. tutor. Nec nõ eſt copia tutelę, & adminiſtrationis decretæ, & in omni genere

Secundo amplia procedere in monachis congregatis ad ſonum capanellæ repræſentantibus monaſterium, qui nomine eiuſdem monaſterij credidiſſēt alicui aliquam ſummam, & ſecum ſtipulati eſſent inſtrumentum pro monaſterio, vt poſſent dicti monaci liquidare inſtrumentum ea ratione quia ſtipulati de facie ad faciem, & eiſdem præſtitum iuramentum, quo caſu liquidabunt, & ad monaſterij vtilitatem, cum ipſi ſibi ſtipulantur, monaſterio ſtipulantur, ac acquirunt auth. ingreſſi C. de ſacroſan. Eccleſ. ſubamplia præmiſſa procedere (mortuis, vel abſentibus ijs, q. ſtipulati ſunt) in alijs monachis ſuccedentibus in monaſterio prædicto, qui contractus celebrati, & ſtipulationis factæ tempore non interfuiſſent, ra-
7 tioque eſt, quia ſtipulatio eſt in faciem Monaſterij, quod per monachos repræſentatur; monaſterium enim propter monachos, non abſque illis dicitur, teſte Bal. in l. j. num. .... C. de inſt. & ſubſt. ſub condit. factis: Vnde quicunque monachi monaſterium repræſentantes inſtrumentum liquidare poſſunt, ex quo ipſi conſiderantur non ex eorum perſona vti ſinguli; ſed tanquam corpus vnum monaſterium repræſentans: ita per hæc dicebat Robertus
8 conſideratione tertia, numero decimo, qui hæc quoque in Vniuerſitate procedere dixit per doctr. Specul. in tit. de procurat. §. 1. verſ. ſed præcedens, faſſus tamen fuit ſe nunquam vidiſſe inſtrumētum hoc modo in faciem Monaſterij, vel Vniuerſitatis ſtipulatū; ſed ſemper ea ſolere celebrari per procuratores, & ſindicos pro eis ſtipulantes, quo caſu in liquidatione, dictorum procuratorum, vel ſindicorum præſentiam cum alij monachis, vel hominibus monaſterium, vel Vniuerſitatem repreſentātibus neceſſariam eſſe concludit: & licet Frecc. in ſindico tenuerit, quod inſtrumentum liquidare nequeat p. 11. q. 8. & ita ſeruari in practica, id tamen procedere ſi ſolus liquidare vellet ſecus ſi cum illis de vniuerſitate, vt ſupra concluſimus.
9 Subamplia in Epiſcopo, vt is poſſit liquidare inſtrumentum confectum in faciem ſuæ Eccleſiæ, ea ratione, quia eſt anima, & ſpiritus Eccleſiæ ſicut dicimus de tutore; ita per multa additio ad Frecc. dicta part. vndecima, quæſt. 10.
10 Tertiò amplia procedere in procuratore alicuius, qui fuiſſet ſtipulatus aliquid dari, & ſolui domino præſenti, vel abſenti, & ſibi præſenti inſolidum ſtipulanti nedum procuratorio; ſed proprio, priuato, & principali nomine: hoc
11 enim caſu, cum ipſe, & dominus

in cap. non dicatis 12. q. 1. vbi gloſ. quod Monachus ratione contractus nec agere, nec conueniri poteſt text. in Clem. Religioſus de procurat. C. quod quibuſdam de fideiuſ.

Tertiò. Quia ſtipulatus nomine proprio, ſed in vtilitatem alterius pro quo non eſt aliter ſtipulatus, ſed poſtea declarat non habere niſi nudum nomen in contractu, poteſt repelli exceptione, quod ſua non intereſt liquidare per tex. in l. ſi pupilli §. videamus ff. de neg. geſt. & ibi Bar. & in l. ſi vnus §. ante omnia ff. de pact. Dec. in conſ. 302. n. 4. & iudex debet repellere talem actione carentem, vt per Aret. inſtit. de Obligat. quæ ex delict. naſc. §. Item ſi Fulloni: cumq; in caſu præſenti Fr. Alex. ſtipulatus ſit tantum ſibi, & nō matri ergo, &c.

Quarto, & vltimo, quia cauſa liquidationis inſtr. iuxta formam ritus M.C. dicitur criminalis propter periuriū pro quo nō pôt Religioſus criminaliter agere ex vulgat. Iuribus Decretali, &c.

Sed his nō obſtātib' affirmatiuè reſpondi d. Fratrem Alexand. poſſe huiuſmodi ius liquidandi exercere ad beneficiū tamē ſuæ matris, præuia dicta licentia ſui ſuperioris, qui eam concedere potuit. Nam ex permiſſione, & licentia ſui ſuperioris poteſt monachus retinere iura, & poſſidere bona, & alia facere ſuperioris iuſſu, vt not. gloſ. in d. c. Non dicatis 12. q. 1. C. Monachi de ſtat. Mona. Item poteſt monachus, ſi vult eſſe Tutor miſerabilium, & horum omnia vtilia facere cum licen. d. ſuperioris, vt per gloſ. magnā circa fin. in cap. final. 86. diſt. Gutier. de tutel. part. 1. c. 1. n. 26. Caualc. de tut. & cur. n. 288. ſequitur Galter. in ſua pra. tutel p. 1. in ver. vt perſ. ſu. inſpic. n. 13. Item de licentia ſuper. poteſt poſtulare pro coniunctis in caſu neceſſitatis tex. in ca. final. de poſtul. in 6. & in Clem. Religioſus de procurat. Felyn. & Abb. in cap. cum M. de conſtitut. & in c. cum I. & A. de re iud.

Et ſic in omnibus habetur monachus pro mortuo, ſed poteſt de lic. ſuper. agere, & cōueniri, vt per Bar. in auth. ſi qua mulier n. 7. C. de ſacroſ. Eccleſ.

Et quæ magis coniuncto, ac miſerabilior perſona, quam erat iſta mater d. Fr. Alex. pauperrima vidua.

Non obſtat primum obiectū quia illa iura loquuntur, & intelligi debent in rebus proprijs, & quæ erant ſub dominio ipſius ingreſſi, qui tempore ingreſſus dicat ſe, & ſua Deo, nā illud verbum, ſua, in tex. ipſius auth. hoc ſignat ſcilicet bona, non autem aliena, ſed hæc emptio annuorum duc. 34. tanquā

 facta

facta de propria dotali pecunia matris, ad hanc ſpectabat, & ſpectat, non poterat dictus Inuarius, qui in eam nullum ius habebat, monaſterio transferre in eius ingreſſu, quia huiuſmodi emptionem fecit dũ eſſet laicus tanquam filius. & vtilis geſtor negotiorum matris, quod bene facere potuit etiam abſque mandato l. Neſẽnius ff. de neg. geſt.

Nec obſtat d. l. ſi pupilli §. videamus cum ſimilibus allegat. in tertia oppoſit. quia fallit regula, quando carens mandato eſt de coniunctis, vt in pręſenti caſu, l. ſed hæ ff. de procurat. Angel. in l. 1. ff. eod. Iaſ. in l. Titius ff. de verborum obligat.

Et quia iſtud ius liquidandi taliter inhæret oſſibus ſtipulantis, vt nec alijs cedere ſeu aliter trãſferri poſſit, ex eo quod in interrogatione exigitur iuramentum, quod cedi non poteſt Scaglion. in ritu 163. nu. 21. & requirit perſonam ſtipulantis ad facie ad faciẽ, vt per Afflict. deciſ. 64. & per Scribent. ad rit. 166. Ideo per neceſſe eſt quod dictus Fr. Alex. hoc faciat prout facere poteſt præuia d. licentia ſui Superioris, nec eſt quod hoc prohibeat.

Et quod tale ius liquidandi ſemper ſit penes ſtipulantem de facie ad faciem patet: nam ſi quis aliquid ſtipulatus ſit de proprio, adeo quod ingrediens ex poſt facto religionẽ, ſe dicauerit monaſterio, non poterit monaſterium viuente ipſo ingreſſo tale ius exercere de per ſe, niſi cum præſentia, & interuentu ipſius ingreſſi, Ita Robe. in ſua praxi de liquidation. inſtrument. conſiderat. tertia, & ibi adden. numero 10. & ſequitur Doctiſſimus Galterius in eius tractat. de inſtrument. liquidat. prima parte ſecundæ partis in verbo aduer. credit. numero ſexto, ſeptimo, & octauo. Quemadmodum, & ita ſeruari dixerunt in contractibus Vniuerſitatum per electos, ſiue ſyndicos earum ſtipulantes.

Non obſtat denique quartum obiectum, quia cum hodie ſit moderata pœna dictæ conſtitutionis Regn. eos, qui ſcienter ad pœnam pecuniariam, vt per Carauit. in Rit. centeſimo trigeſimo tertio, & centeſimo ſeptuageſimo primo, poteſt Clericus vti hoc beneficio quemadmodum, & citra pœnam ſanguinis accuſare poteſt, vt per textum in capitulo ſecundo de homicid. in ſexto, de Franch. deciſione ducenteſima octuageſima prima, & an cauſa liquidationis ſit omnino criminalis videndus eſt de Franchis deciſione centeſima ſexageſima ſecunda, &

Hęc

Hæc quæſtio non fuit deciſa, quia pars debitrix interim ſoluit tertias decurſas.

Hanc autem concluſionem ampliatã limita pluribus modis, &

12 Primo non procedere in Magiſtris Oeconomis, qui aliquam Eccleſiam regerent, de quibus in l. Orphanotrophos. C. de Epiſcop. & cler. ij enim ſuccedentes in regimine d. Eccleſiæ, non poſſunt ad ritus formam liquidare inſtrumenta confecta cum Oeconomis anni præcedentis ſine eorum interuentu, ratioq; diuerſitatis inter caſum hunc, & relatum in ſecunda ampliatione proximè præcedenti eſt, quia Oeconomi conſiderantur ex eorum propria perſona tanquam rectores, adminiſtratores,& procuratores rerum Eccleſiæ iux-
13 ta d. l. Orphanotrophos, & non tanquam repræſentantes Eccleſiam: Etenim non dicitur propter Oeconomos, vt monaſterium propter monachos: ſed tantum regi per ipſos, qui pro tempore conſtituuntur, dicitur d. l. Orphanotraphos, §. huiuſmodi autem Robert. vbi ſupra num. 11. in fine. Eſt tamen verum, quod ſi
14 Oeconomi alicuius anni fuerint ſtipulati pro ſeipſis magiſtratico nomine, & notarius tanquam perſona publica pro futuris ſucceſſoribus in Oeconomatu, tunc ſecundum additionem ad Robertum vbi ſupra ſucceſſores in regimine cum ſolo notario, ſine interuentu prædeceſſorum liquidare valebunt, & ita in practica fuiſſe obtentum dixit.

15 Secundo limita procedere in procuratore ſimpliciter conſtituto ad exigendum, præſentandum inſtrumentum, & conuenire faciendum iuxta ritum: nam is etiam ad media non admittetur, vt in ritu 109. & in text. l. penult. §. ad crimen. ff. de publ. iudit. habetur per Afflict. d. deciſ. 64. & Carau. ritu 182. num. 2. cum ſeq. Media autem quæ ſint diximus ex Baldo infra rubr. Audiantur executores, num. . . . etiam ſi haberet mandatum ſpeciale, ac etiam ſi ſpeciali pacto in inſtrumento cautum, & conuentum eſſet præſentari per procuratorem poſſe, vt per prædictos.

(Adde. Sublimita in obligationibus penes acta ad quarum incuſationem, & executionem admittetur procurator cum ſpeciali mandato, vt per Caraui. ritu 286. numero ſeptimo.)

Item limita in eo, qui procuratorio nomine ſtipulatus fuiſſet, nam hoc caſu repelletur, quia vtilitas non ſpectat ad ipſum; ſed ad Dominum, l. ſecunda ff. ne vis fiat ei cum concordan. cum domino vtilis

actio ex ſtipulatione per procuratorem facta competat, & ritus requirit, vt non ſolum iuramentum ſit de facie ad faciem præſtitum; at etiam, vt ſit pręſtitum ad vtilitatem eius in cuius faciem interpoſitum requiritur. ita Free. par. 11. in principio. Neenō poſſet dicere debitor quod ſoluit principali domino, veniat ipſe ad reſpondendum ſuper liquidatione inſtrumenti, & replicare alia multa, de quibus per Robert. conſid. tertia num. quinto, & ſexto vbi ita cum additione Franciſci Anton. Maz. ziæ fundauit hanc limitationem, & in ijs terminis videtur loqui Frecc. parte vndecima, quæſtione ſecunda, & tertia, vbi in fine dixit prædicta procedere etiam ſtante pacto, de quo ſupra quicquid Ioann. Baptiſta de Sancto Seuer. quæſtione quinta de debitore fugitiuo, quem refert, & ſequitur innominatus, & incertus author in fine tractat. diuerſorum de præſentatione inſtrum.
16 folio mihi 600. 602. & 609. Vnde hoc caſu erit neceſſaria præſentia Domini, & cum eo comparebit, & aget procurator in curia Carau. dicto ritu 166. nume. 19. ita quidem quod ſi creditor ſolus comparuerit (quicquid dixerit Grau. parte ſecunda declaratione vigeſimaquinta, uumero 107.) repelletur etiam, quia non fuit coram ipſo ſtipulatum inſtrumentum, neque iuratum, vt ibidem per prædictos, & habetur per Vrſill. ad Afflict. in d. deciſ. 64. num. 4. licet Frecc.
17 vbi ſupra in fine contra hanc practicam ſenſerit Pręmiſſa autem in hac limitatione non procedent in inſtrumenti cenſualis executione, quam per procuratorem nomine domini poſſe cum ſpeciali mandato peti, dixit Foller. in praxi cenſualis verſ. tanquam res iudicatas, num. 52 licet non poſſit præſentare, & liquidare inſtrumentum via ritus vt ſupra: ratioq; diuerſitatis eſſe dicitur ſecundum ipſum, quia in executione inſtr. cenſualis nō agitur criminaliter via ritus prout, agitur quando via ritus inſtr. liquidatur; ſed tãtũ via executiua ciuiliter ibiq; etiã intulit ꝙ procurator pōt incuſare obligationes penes acta, & petere executionē, & ita paſſim ſeruari vidiſſe in Regno refert; Quinimò in fortioribus terminis, n. 51. dixit, ꝙ is, pro quo abſente Titius procuratorio nomine emit annuũ cenſũ ab aliquo, executionē, vt ſup. ciuiliter petere poterit, etiã ſi Titius procurator ceſſionē nō feciſſet, & idē in obligatione penes acta procedere fuiſſe deciſũ in S.C. atq; in obligationib. prædictis, ratio huius
18 vltimi dicti ſecundũ nos eſt, q in actibus iudicialibus quæritur

tur actio ſine ceſſione, l. ſi in cauſæ in fine. ff. de procurat. per quam idipſum firmarunt Doctores in l. cum vnus. ff. de bonis auth. iudi. poſſidendis. In inſtrumentis vero ſecundum ipſum Foller. ratio eſt 1 propter interpoſitionem iuramenti, per quod quæritur ius abſenti, cuius intereſt per notata 7. quæſtione prima capit. quoties cordis, & à Doctor. in lege ſtipulatio inſtrument. §. ſi ſtipuler. ff. de verborum obligatione. Addo, & huius rationis rationem, quia iura-
19 mentum habet vim litis conteſtationis. lege nam, & poſtea §. ſi is, qui. ff. de iureiurand. & ſic iudicialem facit actum illum extraiudicialiter geſtum; vnde ratio eadem, qua in obligationibus, per ſtipulationes huiuſmodi in inſtrumentis quæritur actio vtilis ſine ceſſione: atque has rationes prçſenſerunt, Barz. parte ſecunda, quæſtione ſeptima, & Galleſius de obligatione in forma Camerali, parte prima, quæſtione ſecunda, numero decimoſeptimo cum pluribus ſequentibus, quæ nota, quia in praxi valde verſabilia ſunt.

20 Tertio limita in homine adiecto ſolutioni, vt ſi debitor promiſerit ſoluere creditori, vel Petro: Petrus enim inſtrumentum liquidare non poterit: nam vti adiectus ſolutioni ſolutionẽ tantũ accipere valet, & non agere, vt ſibi ſoluatur. lege ſed & filiofamilias, §. final. ff. de conſtituta pecun. §. planè inſtit. de inutilibus ſtipulat. vbi gloſſa in verſiculo ſcio, lege, quòd ſtipulatus ſum mihi, aut Titio, ff. de verborum obligation. Vrſillus ad Afflictum 2 deciſione ſexageſimaquarta, numero ſeptimo, & Corneus conſ. 289. littera E. in fin. volum. tertio. Et hæc quo ad primam ſecundæ partis ſufficere poſſunt. Io. Paulus Gal. Vtriuſque Iuris Doctor.

(∴)

## Secunda Secundę Partis Principalis.

## Aduertat inſuper ad debitorem. Rubrica Vnica.

### SVMMARIVM.

1 *Debitor quilibet in inſtrumento nominatus poteſt ad ritus formam cõueniri.*

2 *Debitor in caſu contrauentionis tacitè ſe ritui ſubmiſiſſe cenſetur.*

3 *Statuta Ciuitatũ Iudæos cõprehendunt, ſi legi Moſaycæ non ſunt contraria.*

4 *Clericus debitor ad ritus formam conuenitur.*

5 *Leges Regiæ, quæ non ſunt Eccleſiaſticæ libertati con trariæ, vel eius priuilegÿs, & ſunt ex ſe honeſtæ per Summos Pontifices approbantur.*

6 *Omnia noſtra facimus, quibus à nobis impertitur authoritas,*

7 *Conſuetudo legẽ imitatur.*

8 *Fideiuſſor ad ritum conuenitur oppoſita excuſſionis exceptione non obſtante, & num. 9.*

10 *Creditor tenetur cedere actiones contra principalem & fideiuſſores ꝑ rata ſi à fideiuſſore pecuniam petit, vel ſpeciem, & nu. 11. de ratione.*

11 *Fideiuſſor etiam facta ſolulitione debiti vel eius depoſito non cogit creditorem vt agat aduerſus principalem debitorem.*

12 *Caſus in quibus exceptio cedendarum non iuuat, nec ceſſio fieri poteſt remiſſiuè*

14 *Beneficium diuidendarum actionum an, & quando competat, & per quæ verba eius inducatur renunciatio, & num. 15. & 16.*

17 *Mulier ad ritus formam conuenitur, & de Practica & limitationibus, nu. 18.*

19 *Feudatari⁹, qui ſuper feudo vendidit annua abſq; aſſenſu reuocans contractum adhuc conuenitur ad ritũ pro quantitate recepta.*

20 *Prodigus cui mutuatum eſt vel creditum aliter ante bonorum interdictionem, an, & quatenus conueniatur iuxta ritum, & an infirmus eodem, num.*

21 *Minor an, & quando poſſit iuxta ritus formã cõueniri*

Mi-

22 *Minor infante non dicitur doli capax.*

23 *Filiusfamilias minor quatuordecim annis cum patris conſenſu obligatus facta obligatione carceratur.*

24 *Pupillus non conuenitur ad ritum ex contractu geſto per tutorē tutorio nomine.*

25 *Debitor obligatus mediante procuratore, vel nuncio ad ritus formā nō cōuenitur. Itē procunator, qui procuratorio nomine ſoluere promiſerit. Itē ſindicus, & electi obligati pro debito vniuerſali, n. 26*

27 *Hæres debitoris non poteſt ad ritus formam coneniri, & de ratione, num. 31*

28 *Hæres debitoris iuſtā ignorātiæ cauſā habere pſumit̄.*

29 *Ignorantia, quæ eſt in hærede debitoris in creditoris hærede non verificatur.*

30 *Lex quāuis dura ſeruāda eſt*

31 *Ratio non poteſt reddi omnium, quæ à maioribus sūt conſtituta.*

32 *Obligatio penes acta an contra hæredes debitoris executioni mādetur, & an pro pœna, num. 35. & de rationibus, nu. 33. & 67.*

33 *Obligatio penes acta promptiorem habet executionē, quam inſtrumentum.*

34 *Aequiparatorū eadē eſt ratio*

38 *Inſtr. cenſuale ciuiliter cōtra hæredes debitoris executioni mādat̄, & quæ practica.*

39 *Inſtr. cenſuale an cōtra tertium poſſeſſorē habeat vim executiuā iuxta Bullam, vel reg. Pragm. & an pro ceſſib° maturatis antequā bona ad ipsū deuenirēt. n, 40*

41 *Obligati plures numero decē an, & quando pacto conueniantur, & num. 42.*

43 *Obligati proprio, & principali nomine pro debito vniuerſali, qui promiſerunt impetrare aſſenſum infra tempus ſub pœna reſciſſionis, nō conſtituti in mora, neque requiſiti à creditore non patientur executionē & liqdationē ad ritū.*

44 *Debitoris debitor an, & quando executionem patiatur à creditore.*

45 *Is ſi creditori creditoris ſoluat erit à creditore ſuo liberatus.*

46 *Creditor non habet plus iuris in debitore debitoris, quā debitor idemque creditor principalis habet.*

47 *Filiusfamilias, an & quãdo conueniatur iuxta ritum, & n.48.49.50.53.&54.*

51 *Emãcipatio quo pacto cõſtet.*

52 *Mors quomodo cõſtare dicẽt.*

55 *Mulier debitrix ex cauſa interceſſionis an obligetur iuxta, vel præter ritum, & de ampl.n.56.lim.57.58.*

59 *Socer debitor an & quando per generum via ritus conueniri poſſit cum ampl. & limit.nu.60.62.63.& 64.*

60 *Perſonæ, quæ non conueniuntur niſi in quantum facere poſſũt, que ſint, & nu.62.*

61 *Priuilegio competenti ratione reuerentiæ debitæ perſonæ renunciari non poteſt.*

65 *Forma excipiendi in beneficio, ne quis teneatur vltra quam facere poſſit.*

66 *Beneficium, ne quis teneatur niſi in quantum facere põt, quo pacto interp̃tetur.*

67 *Debitor cuius bona ſunt vẽdita iuſſu iudicis, & pretiũ libertatũ creditori cũ cautione, præſtando indemnitatẽ amplius à creditore non moleſtabitur.*

68 *Debitor, qui creditorem præuenit, per eũ ad ritus formam conueniri non poteſt.*

IN hac Parte videamus de debitoribus, qui poſſunt, vel nõ poſſunt ad ritus formam conueniri ad hoc, vt conſulatur creditori, quando agere, & ip-
1 ſos citari facere debeat. Vnde imprimis cõſtituo maximam, quod quilibet debitor in inſtrumento publico nominatus poteſt ad ritus formam conueniri; & ita dictat ritus 166. in pri.
2 Amplia hanc concluſionem nonnullis modis, &

Primò amplia ſiue debitor ſe ſubmiſiſſe, vt ſ. in caſu contrauentionis promiſſionis factę poſſit contra ipſum via ritus exequi. ita de Franch. deciſ. 366. in fine.

3 Secundo amplia in debitore, ſiue Chriſtiano, ſiue Iudæo, per ea, quæ diximus in prima ſecũdæ par. ampl. 3. num. 5. quia ſtatuta, & ordinationes ciuitatum Iudæos comprehendũt; ita Bald. in l. ſpadonem, §. iam autem ff. de Iudæis habetur in l. Chriſtianus C. de Paganis, dum tamen contrarium per legem Moſaycam, quæ eorum eſt lex ſpecialis non diſponatur. Ita Paulus Fuſcus in add. ad Frecc. parte 13. quæſtione 2.

4 Tertiò amplia in debitore clerico (quicquid Grau. 2 par. declarat. 4. Canar. quæſtio. 22. & Barz par. prima quęſtione 4. dixerint) teſte Bart. in l. cunctos populos, n.29. C. de ſũma

ma Trinit.& fide cathol.nam ſtatuta, quod inſtrumenta habeant paratam executionem, vt eſt ritus noſter 166.cum non loquantur ſpecificè contra Eccleſiam,& Eccleſiaſticas perſonas,nec contra earum libertatem diſponant, aut priuilegia illis conceſſa; quinimò in ſe honeſtum contineant, etiam clericos comprehendunt, ſi tamen in eorum foro conueniantur,per text.in cap.cum veniſſent de eo, qui mitt. in poſſeſſ. & in cap.cum cauſam de re iudicat. hanc opinionem ſequitur Didacus Couarr. lib. practic.quæſtion.cap.8.num.5.vbi hanc Bart.opinionem veram intelligit, dummodò ex lege Regia,& non ex ſtatuto inſtrumenta paratam habeant executionem; nam leges Regiæ,
5 quæ contra Eccleſiaſticam libertatē non emanant,nec contra priuilegia Eccleſijs, & Eccleſiaſticis perſonis conceſſa,& ea ſunt ex ſe honeſta,per Summos Pontifices approbantur, cap.1.de nou.oper.nunciat.cap. Inquiſitionis de hæretic.in ſexto,& faciunt alia notata,& diſcuſſa per Carauit. d. ritu 166. num. 37. & 39. vbi inferebat, quod cum ritus prædictus, atque omnes alij poſt eorum compilationem emanauerint, per modum, & viam Pragmaticæ,& generalis conſtitutionis per Reginam Ioannam editæ, vt patet in primo ritu, videntur ab ipſa Regina emanati, quia omnia noſtra facimus,&c.
6 l.1. §.omnia C. de veter. iure enuclean. cap.ſi Apoſtolicæ de præbend.in ſexto,& ſic etiam clericos cōprehendunt,vt contra eos in foro Eccleſiaſtico dicti ritus remedio agi poſſit,atque id in praxi ſeruari dicit, tàm ſi clerici ipſi conueniantur ad inſtantiam clericorum, quàm etiam laicorum; & licet dixerit in fine hoc vltra prædicta procedere, quia fortaſſe in Curijs Eccleſiaſticis adſunt ritus ritui noſtro ſimiles, vt in Archiepiſcopatu Salernitano, vt patet in ritibus eiuſdem in ritu incip.

Item ipſa Curia ſeruat ſub tit.de liquidat.inſtrument. per quam mādatur ritum noſtrum ſeruari quo ad pœnam iuxta ſolitum, quod tamen idem fit ſeruandum, (vt iam ſeruatur) in omnibus Curijs Eccleſiaſticis, vbi non ſunt ij ritus ſimiles, affirmat addit.ad Robert. conſider.3. num.9. ex quo verſa eſt talis obſeruantia in conſuetudinem, quæ legem imita-
7 tur §.ex non ſcripto,Inſtit.de iure nat.gent. & ciuili, faciunt notata per Doctor. in l.de quibus ff.de legibus, ac etiam notata per quēdam in Praxi Epiſcopali §. pragmatica verſ. ad ſecundum num.4. Verùm ego ad euitandum diſcuſſiones ad

faciliorem

faciliorem debiti conſecutionem in inſtrumentis vltra pactum, quod clericus conueniatur iuxta formam ritus, apponi quoque facerem clauſulam, & iuxta formulam obligationis in forma Cameræ Apoſtolicæ ampliorem.

8 Quartò amplia in fideiuſſore, ſiue ſimpliciter, ſiue inſolidum, & vti principali pagatore obligato pro altero cum eo vna, & ſimul promittente aliquid, ſi enim contra eum creditor executiuè via ritus agere voluerit, non prohibebitur, cum is appellatione debitoris contineatur, & ritus 166. expreſsè, & propriè fideiuſſorem includit, Robert.conſider. 3. in princ.Grauin.par.3.declar.27. nu.109.Carauit.d.ritu nu.3. & Viuius comuni opinion. 308. lib. 1. & hoc diſcuſſionis non obſtante exceptione competẽte ei per diſpoſitionem text. in auth.præſente C. de fideiuſſor. quæ noua conſtitutio appellatur, teſte Bald. ibidem in principio, quam oppoſitam non obſtare dixit Bárz.par.2. q.14. & Grauin. vbi ſupra num.110.

9 Non ex diſpoſitione Conſtitut. Regni ſi ciuiliter agens, per quam ſublata eſt diſcuſſionis exceptio, vt per Afflict. ibi nu. 9. refert Vrſill.ad Afflict.deciſ. 139.num.4.quæ in ciuilibus loquitur; ſed potiſſimum ratione iuramenti in inſtrumento appoſiti, quod ipſam tollit cap. ex reſcripto, vbi Bald. ff. de iureiurando, quem ſecuti ſunt initi Doctores allegati per Petrus Duennas in regul. 335. 20. limitation. ad dictam authenticam, idque fideiuſſoris ſimpliciter obligati intuitu, reſpectu verò fideiuſſoris, qui ſe principalem pagatorem conſtituit, huiuſmodi exceptio nõ eſt cõſiderabilis, cum verè correus debendi ſit l. ſi non ſinguli ff. ſi cert.petat. Alexand.conſil. 29. num. 36. volum.7. Roman. conſ. 114. Bald. & Salycet. in l. dictantibus C. de teſtament. idem quoque Bald. & Salycet. in l.final.num.20.C.de execut. rei iudicat. Alexand.ad Bartol. in l. Marcellus num. 7. de fideiuſſor. & Viuius lib. 3.commun. opinion.986.num.2.ſed potiſſimum eiuſdem iuramẽti ratio-

10 ne. Quæ vera ſunt ceſſis fideiuſſori à creditore actionibus, quibus inde contra principalem, vel correum experiatur, aliàs non experturus iuxta l. ſi fideiuſſores §.final.ff.de fideiuſſor. dicta authent. præſente l. cum alter C. de fideiuſſor. l. vt fideiuſſor. & l. ſi ſtipulatus §. ſi ex duobus, vbi Bart.num.... & Caſtrenſ. num. ..... ff. de fideiuſſor. & l.Modeſtinus ff. de ſolution. aliàs ſi non cederet, vel facto ſuo creditor cedere non poſſet, vt in caſu deciſ.Afflict. 182.& ſimilibus, cum ad ceden-

dum

11 dum teneatur, quia ſibi non nocet,& alteri prodeſt l. in creditore ff. de euiction. quam ad hoc allegat Dec. conſ. 104. nu. 2. volum.1.& ad id cogi poſſit l. nouiſſimè ff. quod falſo tut. auth.& de Franch. deciſ.55. nu.6. debitori competet exceptio cedendarum actionum, quæ cum oriatur ex inſtrumento, & ex eodem fonte ſecundum Bald. in dicta auth. num.... & in l. ex prædijs num.... C. de euiction. & Bart. in l. eum, qui ita num... ff. de verbor. obligat. ideò creditor non cedens non eſt audiendus, neque fideiuſſor, vel correus carcerandus, ita per doctrin. Roman. conſil. 472. & Dec. conſ. 27. num. 1. volum.1. dixerunt Frecc. par. 12. q. 5. & Grauin. vbi ſupra, Roman. conſ. 42. Marſil. ſingul. 7. & Soccin. conſ. 200. in princ. volum. 2. & quando ſunt tres, vel quatuor fideiuſſores alicuius tertij, qui ſe etiam principales pagatores conſtituerunt, & vnus tantum conuenitur ex fideiuſſoribus, vt ſupra inſolidum, poteſt opponere, vt ſibi cedatur actio non ſolum contra principalem debitorem in totum; ſed etiam pro rata contra confideiuſſores, ita gloſ. ſingul. in l. vnde quæritur §. final. verſ. ratione circa finem, vbi Caſtrenſ. ff. cōmodati, & additio notabilis ad Abb. in cap. 2. nu. 5. de fideiuſſor. & in Sac. Conſ. ſpecificè in hoc caſu deciſum refert de Franch. d. deciſ. 55. nu. 16.

( Adde. Sed an fideiuſſor, qui ſoluit poſſit cogere creditorem ad liquidandum inſtrumentum contra principalem in ſui beneficium? & in negatiuam partem deciſum teſtatur Dominus de Franch. deciſ. 353. nam fideiuſſori ſufficere debet ſi ei actiones cedantur. )

12 Non autem poteſt fideiuſſor, & principalis ſolutor opponere, & petere, quod creditor agat contra confideiuſſorem, ſiuè principalem via ritus, etiã facta ſolutione totius debiti, vel depoſito, quia nemo inuitus cogitur agere, vt per Sacrum Conſilium deciſum retulit de Franch. deciſ. 353. licet ipſe in contrariam partem inclinauerit.

13 Quinque verò caſus, quibus exceptio cedendarum fideiuſſori non proſit, & ceſſio fieri recuſetur, videas per Neguſant. de pignor. par. 5. membr. 3. nu. 36. Similiter ſi fideiuſſores plures ſimpliciter, vel inſolidum eſſent pro aliquo obligati, & vnus ex ijs à creditore conueniretur, cum omnes alij ſint ſoluendo, poſſet opponere beneficium diuidendarum actio-
14 num, quod ſcilicet quilibet conueniatur pro rata, quod beneficium competit ex Epiſtola D. Adriani, quam nõ habemus, de ea tamen ſit mentio in l. fin.

C. de

C. de conſtituta pecunia l. ſideiuſſor C. de fideiuſſoribus, & in §. ſi plures inſtit. de fideiuſſ. vbi gloſ.& Bellonus plures fallentias tradunt. Hanc autem ampliationem ſubampliabis in fideiuſſore clerici, ſecundum Frecc.par.12. q.4.

Limita verò præmiſſa in fideiuſſore non procedere,quando abſque reſeruatione iuditiũ eſſet cæptum cum principali debitore,Grammat.conſ.ciuili 170. pridie, Grauin. par.2. declar. prædicta 27. nu.111.

15 Secundo limita, quando cedendarum, & diuidendarum actionum beneficio, ſiue exceptioni renunciatum eſſet;non enim competerent,& oppoſita exceptio creditoris intentionem non impediret l. ſi quis in conſcribendo C.de pactis l.pactum inter hæredem l. niſi hoc actum, vbi gloſ. ff.de pactis, & d l.ſi ſtipulatus §.ſi ex duobus; & quod renunciatio iſthæc inducatur per ea verba in inſtru-
16 mentis apponi ſolita. Renunciauit omni legum,&canonum auxilio, tenuit Afflict.in dicta deciſ.182. ſequiturque Vrſillus ad eum ibidem nu.13. per nonnullas authoritates, quicquid Roman.in dicto conſ. 472. in contrarium ſenſerit, cuius rationibus reſpondet Dec. in dicto conſ. 27. num.7. Quæ omnia notabis ad confuſionem Notariorum,qui neſciẽtes vim clauſularum, & renunciationum, quibuſuè ex verbis inducantur, ſermonibus ſuperfluis vtuntur, & clauſulis pluribus operantibus idem credentes ſingulas ſeparatum habere effectum.

Quinto amplia in muliere
17 debitrice, vt dictant verba ritus prædicti, ibi. Aut debitrices, vbi etiam Carauit. tenuit carcerari poſſe mulierem, licet contrarium ſtatuat ius cõmune in authent.ſed nouo iure C.de cuſtodia reorum,& auth. ſed hodie C. de officio diuerſ. Iudicum, & in practica ſeruari dixit ita,quod ſi eſt mulier honeſta,& Neapolitana,nõ tenetur citata comparere in tribunali; ſed in Eccleſia propinquiori, & Curia ſedente mittitur Actuarius ad eam, cui ibidem repertæ iniungit, quod nõ diſcedat; tùm recta Curia Iudex accedit ad Eccleſiam, & fit liquidatio, & ſiuè neget, ſiuè affirmet,datur ſibi domus propria loco carceris, donec aliter fuerit prouiſum,& inde alia domus, vel monaſterium monialium cum fideiuſſoribus,vel reponitur in carceribus mulierum attenta perſonæ qualitate:at ſæpè ſæpius ſeruari dixit, quod facta liquidatione fit ei mandatum; vt ſibi eligat domum loco carceris, vbi ſtabit, donec creditori fuerit ſatisfactum, eaque non eligente electio

Digitized by Google

ctio fit per Curiam, & mãdatur ei per Curiam ſub pœna, vt accedat ad locum electũ, qui ſibi pro carcere aſſignatur: quod ſi fuerit mulier Neapolitana inhoneſta, vel extera tenebitur comparere in ipſo tribunali, vbi fiet liquidatio, & carcerabitur in loco ſibi à Iudice deputando, ita Gramm. deciſ. 33. nu. 12. vſque in finem.

18 Hanc autem ampliationem limita in caſibus notatis in pragmatica prima de Senatuſconſult. Velleiano pragmat. 4. Cardin. de Granuella, quoties ſcilicet mulieres deberent aliquid ex interceſſione pro alijs facta. Sublimita verò in caſibus ſex, de quibus habetur per gloſ. in l. 1. ff. eodem l. fin. C. eodem, & alijs notatis per regnicolas ſuper dicta pragmatica prima, & per nos hac eadem rubr. nu. 43.

19 Sexto amplia in debitore feudatario, qui vendidiſſet alicui ſuper feudo tot annua, & deinde reuocaſſet; nam citatus tenebitur ſoluere capitale, & tertias, quodque admiſſa fuerit præſentatio huiuſmodi inſtrumenti ad ritum contra feudatarios in Sacr. Conſil. retulit Frecc. de ſubfeud. lib. 2. in limit. Conſtit. Conſtitutionem num. 37.

( Adde. Poſthæc ſcripta vidi additionem Domini de Bottis apud D. Tapiam ad ritum prædictum 166. idem tenentem relato Frecc. vbi ſupra fol. 159. apud ipſum 238.)

20 Septimo amplia in debitore prodigo, cui mutuatum eſſet, vel aliter creditum ante interdictionem bonorum, vt contra eum liquidetur inſtrumentum quo ad reſciſſionem, & executionem realem, verum quod ſuperſedeatur in executione perſonali, & pœna, donec, &c. de quo fortè extat deciſio de Frã. ch. 672. part. 4. vbi licet dicat non fuiſſe deciſum, nihilominus quod ita fuerit deciſum in Sac. Conſ. inter Marchionem Pollæ, & Baronem Latiganæ, dixit Scip. Rouitus in addit. ad pragmat. 4. de liquidat. inſtrum. po ſitis fol. 76. & 77.

Amplia octauo in debitore infirmo contra quem ad liquidationem faciendam accedet Iudex ad domum iuxta practicam notatam per allegatos à Domino de Franch. deciſ. 676. in fine.

( Adde. Amplia nono in Cõſiliarijs Collateralibus militaribus, & ſeptem magni Regni Officialibus, qui eſſent debitores, vt contra eos liquidari, & executio demandari inſtrumentum iuxta formam ritus poſſit, ita nouiſſime D. de Ponte de poteſtat. Proregis tit. de aſſenſ. Regijs §. 7. à principio vſque ad num. 13. quo loci docet nullam præmiſſa habere dubitationem

tionem in debitis cõtractis ante officij conſecutionem,& nu. 26. ampliauit; in debitis contractis poſt aſſumptum officiũ; quod eſt notãdum,& hanc partem tuetur Regius Cõſiliarius Rouitus contra magnum Admiratum in pragmat.1.de titulor.abuſ. in ſcrib.ſubl.)

21 Amplia nono, & vltimo in debitore, qui eſſet decem, & octo annis minor: circa quod diſtinguendum eſt, quod aut ſumus in infante, aut maiori infante tutoris authoritate obligatis,ſi ſumus in minori infante,qui neſcit loqui,& tunc agetur, & inſtrumentum liquidabitur contra eius tutorem:ſi in eo,qui ſcit alloqui,& tunc contra minorem infante inſtrumentum liquidabitur:verùm

22 is in carcerem non detrudetur, cum doli capax non dicatur cap. 1. vbi notatur, de delict. puerorum, & videtur tenere Grauin.par.2. declarat.15. nu. 25. aut ſumus in maiori infante, ſed minore decem, & octo annis, & tunc aut obligauit ſe minor cum tutoris, vel curatoris authoritate, & tunc aduerſus eum liquidatio fiet, & ita procedere poſſet opin.Bartol in tract.de carcere quæſt.4. num.... volentis minorem doli capacem poſſe carcerari, ſequitur Grauin. vbi ſupra declar.16.nu.26.

23 Idem quoque erit ſi filiusfamilias minor quatuordecim annis cum conſenſu patris ſeſe obligauerit alicui: nam nulla obſtante læſionis, & reſtitutionis exceptione detrudetur in vincula, in quibus audietur, vt in facti contingentia in perſona Don Ioannis de Montibus cum patre obligati dicit vidiſſe iudicatum, incertus author poſt tractat.diuerſ. de præſent. inſtrument. fol. 613. Aut obligauit ſe minor ſine tutoris, vel curatoris authoritate, & tunc cognito per Iudicem, quod qui contraxit eſt minor, non detinebit eum de perſona, Angel.in l.nemo carcerem C.de exactor.tribut. & Roman.conſ. 220. cum alijs locis allegatis per Carauit.dicto ritu 166. nu. 12.id tamen verum putat Grauin.vbi ſupra num.27. ſi minor non iurauerit ſe maiorem, quod ſi iurauerit, tunc ſecundum Grammat.deciſ.12.& Canar. de execut. inſtrument. q. 16. contra eum liquidatio fiet, & nullo dato dolo in creditore, vel minoris ætatis obligati ſcientia, carcerabitur.

24 Hinc oritur quæſtio: quid ſi tutor tutorio nomine ſeſe publico obligauit inſtrumento ad aliquod debitum pro negotio tutelari abſque pupilli præſentia, & hoc præcedente decreto Iudicis, vel poteſtate data à teſtatore alienandi ſine decreto,an illud pro debito prædicto con-

contra pupillum liquidari poſſit? Et inuenio, quod Bald.in addit.ad Speculat.in tit.de appellat.in cap.confeſſus verſ.tutori,loquẽdo de præcepto guarentigiæ facto tutori,an contra pupillum executioni tradatur? diſtinguendo dicit, quod aut præceptum factum apponitur promiſſioni, aut confeſſioni, ſi confeſſioni non mãdatur, ſi verò promiſſioni executioni demandabitur contra pupillum: Ego autem ciuiliter ſemper intelligerem, ſecus ad ritus formam, quia iuramentum non eſt de facie ad faciem præſtitum, neque de vna in aliam perſonam transfertur, vt notauimus infra limitatione ſecunda per totam,tenuitque Frecc. par. 11. quæſt.7. Vnde ſis cautus, vt obligari facias tutorem non ſolum tutorio,ſed proprio, priuato, & principali nomine, vel cum præſentia eius, & conſenſu pupillum,ſi debitum conſequi via extraordinaria volueris.

Concluſionem verò ſupra firmatam limita multis modis, &

25 Primò limita non procedere in debitore obligato mediãte procuratore, vel nuncio, vt per Afflict. deciſ.64. & Robert. conſider. 3.nu.2.quicquid Frec. par.11.q.6.dixerit.

Amplia verò eandem limitationem in procuratore, qui procuratorio nomine promiſiſſet ſoluere: nam quod non poſſit contra ipſum ob id inſtrumentum liquidari, dixit Frecc. par.11.quæſt.5.quia pro debito
26 Domini non debet contra eum fieri executio, & eadem ratione dicendum eſt idem in Syndico,& Electis, ac alijs obligatis pro debito Vniuerſitatis, vt non teneantur poſtea ſoluere, nec contra eos executio fieri poſſit, niſi tamen proprio, priuato,& principali nomine ſe ſe obligaſſent, vt per Io.Paulum Montanar.ſuper pragmat 2.de adminiſtrat. vniuerſit. nu.164. cum pluribus ſequẽtibus, quod nota.

27 Secundo (quicquid in publico inſtrumento dixerit Gomes ad l.Tauri 64.num.6.) Limita non procedere in hærede debitoris,qui licet ſit debitor non tamen contra eum poterit extraordinaria executio fieri ad ritus formam, ita dictat ritus 178. per quem ſic docuit Maranta par.6. actu 8 limit.4. nu. 24.in nouis,Robert.conſider.3. num.2. Grauin.par.2.declar.3. nu.4. & Carauit. ritu prædicto num.2. necnon Frecc. par. 11. quæſt. 1. vbi licet diſputando hanc quæſtionem ad partes,videatur tenere contrarium, dando cautelam, vt per ipſum num.25. tamen nunquam practicaſſe ſubiunxit in fine num. 27.prout verè non practicatur, teſte

teſte Viuio commun. opinion.
380. ratioque diuerſitatis inter
hunc, & creditoris hæredem
dicitur eſſe duplex ſecundum
28 prædictos, & prima, quia hæ-
res debitoris iuſtam ignoran-
tiæ cauſam habere præſumitur,
vt dicunt verba ritus prædicti,
& eſt text. in l. qui in alterius
ff. de regul. iur. & ideò cogi non
poteſt, vt compareat reſponſu-
rus ſuper tenore inſtrumenti,
quod ignorare præſumitur, ne-
que poteſt interrogari, ſi illud
habet pro vero iuxta formam
traditam per ritum 166. ſiqui-
dem cum eo minimè ſtipula-
tum fuit, quæ ratio licet ſuper-
ficiaria videatur Grauinenſi ri-
tu prædicto: nam ea attenta,
neque creditoris hæres liqui-
dare poſſe deberet, cum tenea-
tur iurare ſi quid acceperit de
ſumma in inſtrumento conten-
ta, prout diſponit ritus 168. &
ignorantia in ipſo quoque præ-
tendi poſſet, tamen Carau. vbi
ſupra num. 3. defendit hoc pa-
cto, quod ignorantia, quæ in
hærede debitoris eſt, non veri-
29 ficatur in hærede creditoris,
qui tanquam actor ſuorum iu-
rium certus eſſe creditur. Vel
& ſecunda poteſt eſſe, quia ri-
tus 166. diſponit tempore liqui-
dationis reſponſionem fieri de-
bere per debitores principales,
& ſic excludi hæredes: vnde ex
ritu ſic diſponente, cui quam-
uis duro ſtandum eſt l. proſpe-
xit ff. qui, & à quibus, contra
30 eos liquidatio non procedit;
ex parte verò creditoris non
requirit reſponſionem princi-
palis, ſed creditoris ſimpliciter
nihilo adiecto ſecũdum dictum
ritum 168. & cum hæres ſit cre-
ditor, meritò admittitur: ita
Grauin. vbi ſupra num. 5. Quod
ſi dicatur, quare ritus diuerſum
ſtatuit in principali creditore,
& debitore, & in hærede vnius,
& alterius? dudum reſponde-
bam cum Iureconſulto in l. non
omnium ff de legibus, quod nõ
31 omnium, quæ à maioribus no-
ſtris ſtatuta ſunt, ratio reddi
poteſt, intelligendo reſpectu
noſtro, non autem ipſorum,
quos omnia cum ratione feciſ-
ſe credendum firmiter eſt per
ea, quæ in d. l. dixit Baldus. Ve-
rùm cum ratio ſit quidam ani-
mi motus viſum mentis acuẽs,
veraque à falſis diſtinguens, ſe-
cundum Cicer. allegatum, vbi
ſupra à Bald. in ſecunda lectu-
ra, diutius mihi cogitanti ea
viſa fuit diuerſitatis ratio: nã
quod cõtra aliquem poſſit exe-
cutio fieri ad formam ritus cri-
minaliter, prouenit, vel ex pœ-
na in inſtrumento adiecta, vel
ex iuramento præſtito per eum
in contractu, propter cuius in-
obſeruantiam non adimpletis
promiſſionibus debitor incur-
rit pœnam pecuniariam iam
promiſſam, vel periurium, &
ſic pœnam manus antiquitus
per

per ritum 179. quę vt poſſet infligi requirebat certum corpus argument. l. abſentem ff. de pœnis, ne aliàs ſententia eſſet eluſoria, vt dicit Bart. in l. penult. §. ad crimen num. . . . ff. de public. iudic. Afflict. per illum text. in conſtitut. generalia iura num. 17. & ſic præſentiam debitoris principalis ad eam condemnandi tempore liquidationis, & interrogationis, adeo vt non admitteretur procurator, vt diximus infra par. 3. rubr. audiantur excuſatores in principio, & cum pœna huiuſmodi ſuos debeat tenere authores l. ſancimus C. de pœnis, & author dicatur ipſe debitor principalis, & non hæres, cum iuramentum, & eius præſtatio ſit quid perſonaliſſimum, illudque, ac etiam delictum, & pęna cum perſona extinguãtur l. generaliter C. de iureiurand. cum alijs per nos annotatis infra rubr. 1. nu. 7. & habetur in toto tit. C. ſi reus, vel accuſator mortuus fuerit, præſtitum iuramẽtum, eiuſque vires, & ſic pœna periurij, vel alia ad hæredes nõ tranſibunt, & ideò liquidationis tempore eorum præſentia, & reſponſio vti fruſtratoria, & nihil operatura nõ requiritur: nam à quo remouetur aliquid, remouetur omne per quod peruenitur ad illud cap. nam concupiſcentiam de conſtitut. ſacit l. oratio ff. de ſponſal. & regul. iuris in ſexto, cum quid prohibetur. At cum in hærede creditoris non cõſideretur præſtatio, ſed iuramenti receptio, quæ poteſt dici quid reale cap. veritatis, vbi Doctor. de iureiurand. & ſit tranſitorium ad ipſum, cum creditor ſtipulando, videatur ſtipulari pro ſe, & hæredibus, l. ſi pactum ff. de probation. l. veteres C. de contrah. & committ. ſtipul. cum ſimilibus, & ſic quid ciuile, & fauorabile reſpectu creditoris, ſicuti criminale, & odioſum reſpectu debitoris, & odia reſtringi, fauores conueniat ampliari cap. odia de regul. iur. in ſexto, meritò ritus alius admiſit pręſentiam non ſolum creditoris principalis, ſed etiam hæredis, & ſic diuerſum in vno, ac in alio conſtituit: hancque diuerſitatis rationem paucis pręſenſit, Robert. conſ. 2. nu. 2. & 3.

32 Hanc autem limitationem ſublimita nõ procedere in obligationibus penes acta, quas executioni contra hæredes debitorum, citatis tamen ipſis mandari dixit Grauin. 2. part. declar. 3. nu. 8. rationemq; aſſi-
33 gnat, quia maiorem, & promptiorem habent executionem ex calore iuditij per notata ab eo par. 3. declar. 14. nu. 35. atque ritus prædictus, & eius ratio in obligationum executione non militat: leges enim communes, vt eſt text. in l. cum pro

quo, vbi Alexand.& alij ff.de in
ius vocando, prout etiam an-
notauit gloſ. in auth. generali-
ter C.de epiſcop. & cler. & alij
relati per Ioan. Franc. de Leo-
nard. in praxi Officialium cap.
33 nu.50. obligationibus para-
tam dantes executionem ſolius
principalis debitoris perſonam
non reſpiciunt, ſed quoſcunque
debitores: ideò autem citari
debent hæredes, quia obligatio
huiuſmodi, ſi eſt liquida æqui-
paratur ſententiæ latæ, & con-
feſſioni iudiciali l. poſt rem ff.
de re iudicat. l.1.C.de confeſſis,
& eſt ritus Magnæ Curiæ 128.
quę lata contra principalem,
& facta per ipſum ſicuti con-
tra hæredes executioni tradi-
tur citatis ipſis ſecundum Af-
flict. in conſtitut. dilationes nu.
16. quem refert Carauit. dicto
ritu num. 8. & Vrſill. ad Afflict.
deciſ. 145. ita pariter & obliga-
to, vt æquiparatorum eadem
34 ſit ratio, l. Pomponius ff. de
negotijs geſtis cum ſimilibus,
& ſimilium idem ſit iuditium
cap. inter cæteras de reſcriptis
cap. 2. de tranſlat. prælat. & in
obligationibus conceptis in
forma Camer. Apoſtolic. idem
tenuit Galleſ. par. 2. quæſt. 1. nu.
13. & 14.

Sed ego iuxta præmiſſa in
dubium reuoco, an ſicuti obli-
gatio executioni mãdatur con
tra hæredes, vt ſupra citatos
pro debito in illa contento, ita
pariter exequatur pro pœna,
quæ hodie exigitur ad ratio-
nem tarenorum trium, vel duo
rum pro qualibet vncia, vt in-
fra dicemus rubr. perſonaliter
in Curia comparens accuſ. con
35 tumac. num. .. Et dicas, quod
aut fuit obligatio incuſata per
creditorem contra debitorem
principalem iam viuentem, &
non executum, & hæres eius ad
pœnam tenebitur, & ad princi-
pale debitum exſoluendum,
Fiſco enim, & Curiæ pœna ac-
quiritur, quando pars accuſat,
& inſtat, Afflict. in Conſtit. edi-
ctorum nu.33. idem in deciſ.3.
& in Conſtit. pœnam nouem
vnciarum nu.11. & Carau. d. ri-
tu in princ. Si verò non contra
principalem debitorem nunc
mortuum, ſed eius hæredes in-
cuſauit creditor obligationem
cum defuncto factam, quos ci-
tari facit ad dicendum cau-
ſam, quare &c. Et dico ex præ-
miſſis in hac limitatione, quod
hæres debitoris ſiuè cõpareat,
& ſoluat dictum debitum, ſiue
non compareat, non tenebitur
ad aliquam pœnam, niſi tamen
creditor in citatione prædicta
inſeri fecerit tenorem obliga-
tionis: tunc enim ſi non com-
paruerit ſit decretũ, quod exe-
quatur realiter pro debito, &
36 pœna, & hoc, quia obligatio
pœnalis eſt, & non quia iura-
mẽto roborata, & hoc ex dictis
per Afflict. in d. Conſtit. eos, qui
ſcienter,

ſcienter nu.7.etiam quia hæres
37 ciuiliter accuſari poteſt pro pęna, ſi non obſeruarit, quod defunctus iurauit, Affliċt.deciſ. 381.nu.9. & habetur etiam per Frecc.par.11.q.1.nu.24.& 25. Tu cogita.

38 Secundo ſublimita non procedere in inſtrumento cenſuali, quod executioni ciuiliter tamen, & ſic realiter mandari contra hæredem debitoris principalis, & quemcũque tertium poſſeſſorem rei ſubiectæ cenſui,traditæ cum onere ſoluendi cenſum,dixit text. in pragm.1. de cenſibus, quam ita intellexit Foller. ſuper ea verſic.tanquam res iudicatas num.22. & 23.dummodo citetur ad dicendum cauſam quare, vt ſupra diximus, & conſtet ipſos eſſe hæredes,& poſſeſſores ſummariè,& ſic ſine partis citatione ad teſtium iuramenta videndum,& alios actus,vt ipſe idem nu.21.24.& 40. & adſit pactum executiuum, ſcilicet vt inſtrumentum exequatur ſicutſi eſſent penſiones domorum Ciuitatis Neapol.nu.60. Galleſ.vbi ſupra num.18. ſequitur Viuius communi opin.381.vbi ita pluries practicari, & iudicari vidiſſe ſe patrocinante teſtatur. Eſt tamen verum, quod innominatus author poſt Franciſc. Ant.de Robert.in tract.diuerſ. de pręſent.fol.mihi 414.& 415.
39 dixit hoc caſu quando agitur contra tertios poſſeſſores non potuiſſe obtinere in Mag. Cur. vt ageretur via executiua; ſed ordinariè per viam aſſiſtentiæ, quod puto, quia forſan in inſtrumentis non erant dicta pacta executiua,ſcilicet more pẽſionũ,vel aliud pactum,ſcilicet vt inſtrumentũ exequatur iuxta bullam Papæ Nicolai,& Regiæ Pragmaticæ formam, quo caſu idem innominatus dixit exequi poſſe abſque difficultate contra tertium poſſeſſorem, vel aliud, ſcilicet, vt bona ſubmiſſa cenſui non alienarentur, vt per Couarr.lib.3. var. reſol. cap.7.nu.7. ante ipſum Bart.in l.creditores n.25. C.de pignor. & pro limitatione quo ad executionem realem tradidit Ca-
40 rau.rit.162.nu.7.Et quod executio iſthæc realis competat contra tertium poſſeſſorem, etiam pro cẽſibus præteritis,& maturatis antequam bona ſubmiſſa ad ipſum deuenirent,non ſolum pro maturatis, dixit ex multis Rouitus ad dicta pragmatica nu.3.& 4. & nos docuimus in noſtra praxi feudorum reintegratoria §.

(Adde ſententia ad feudum pertinentia reuocet num. 193. quid circa cenſus feudales.)

Tertiò principaliter limita in Vniuerſitate debitrice, vel Collegio: nam contra eam, & id via ritus inſtrumentum pręſentari nequibit, ita Frecc.par.

41 11.q.8.& 9. Niſi tamen (quod vſu receptum eſt) eſſent aliqui de Vniuerſitate obligati proprio,priuato, & principali nomine,tunc enim poterunt conueniri omnes,& ad ritus formã interrogari etiã ſi eſſent mille, & ita practicati non obſtante cap. Regni Studio, qđ eſt 204. ſub rubr.quod in cauſ.criminal. volente, quod quando exiſtunt decem,& citantur poſſunt con-
42 ſtituere procuratorem , & per eum comparere ; quod cap. limitari dixit Carauit. in cauſis inſtrumentorum in d.ritu 166. nu.14.per eundem ritum generaliter loquentem,ad maiorem tamen creditorum ſecuritatem tradit in fine cautelam, vt hoc caſu citentur in pluribus citationibus,& quælibet citatio nõ contineat nomina , niſi nouem hominum,& ita ſeruari retulit.

43 Et hoc caſu aduertas , quod ſi aliqui obligati proprio, priuato , & principali nomine pro debito Vniuerſitatis promiſerunt Regium aſſenſum infra tempus ſtatutũ aliàs eo elapſo, aſſenſuq; non impetrato cõtra poſſit reſcindi , & liquidari inſtrumẽtum pro capitali,& tertijs:tunc ſi creditor non requiſierit eos,an impetrarint dictũ aſſenſum,& conſtituerit in mora; non poterũt debitores prædicti conueniri iuxta ritum ex d.inſtrumento,quod illiquidum per Mag. Cur. iudicatum fuit, vt per incert. author. in tract. diuerſ. de liqu.inſtr.fol.612.

44 Quarto limita in debitore debitoris,qui in defectum conueniretur per creditorem:tunc.n. licet contra ipſum habentem etiam nomina debitorum quis via ritus inſtrumentum liquidaſſet,non tamen exequi etiam realiter illud valeret cõtra debitores prædictos , ita Barz. 1. par.q.9.& Roman.conſ.224 incip. iſta captura, & alij , quos refert,& ſequitur Grauin. par. 2.declar.2.nu.3.

Quod ſublimita,niſi interuenerint cætera requiſita,de quibus in l.2. C.quando fiſcus, vel priuatus.ſ. quod fiat miſſio in hoc nomen , & illius debitoris adſit cõfeſſio,& ſic, quod debitoris debitor ſimpliciter debitum confiteatur ; cum alia duo in caſu huius limitationis præcedant, videlicet quod debitor principalis, itemq; creditor ſit cõdemnatus, & ſic contra eum liquidatum inſtrumẽtum,& diſcuſſio facta, quod.ſ.non ſit aliter ſoluẽdo,ita DD.in l.à Diuo Pio §.ſic quoque per illum text. ff.de re iudic.Eo.n.caſu poterit contra debitoris debitorẽ exequi , quod ſi fateretur ſe debere,tamen diceret me non eſſe creditorem , vel eſſe mihi ſolutum,vel aliud quid opponeret, tunc contra eũ executio minimè fieret,quia ad ipſum nõ nominatum inſtrumentũ,non trahitur,

Digitized by Google

hitur,ita Carau. vbi ſupra nu.
45 71. & ſequ. Si tamen mihi ſolueret, benè eſſet ab eius creditore liberatus l.ſi liber,& l.ſoluendo ff. de negot. geſt. cum alijs,quæ Bald. ibidem allegat, & in l.inuito, vbi ita limitat illum textum C.de ſolution. per l. ſi opera ff. de doli mali excep.& vide Bart. diſtinguentem in l. ſolutum §. ſolutam ff. de pignorat.action.& hoc etiam inuito creditore,quia ſumus in diſtractu, qui non fit per modum conſenſus, ſed re ipſa per ſolutionem, & ideò voluntas non requiritur, Bald.in d.l.ſoluendo in fine.

Tu autem in caſibus, in quibus executio cõtra debitorum debitores faciẽda eſſet,ex præmiſſis ſemper de reali, non autem de perſonali ad ritus formam intelligas.

Quod ſi debitor ille neget tunc executio fieri non poteſt ſecundum textum prædictum in §.ſic quoque. Hoc autem dictum quatuor,& notabiles habet limitationes ſecundum Carauit.in dicto ritu 166.num.67. cum ſeq. &

Primo fallit ſi ille debitor eſſet perpetuò ad aliquam annuam penſionem obligatus,tūc enim ſiuè neget,ſiuè in dubium reuocet, contra eum executio fiet,ita Alexand.in d.§.ſic quoque nu. 4.

Secundo fallit ſi per euidentem calumniam neget,vt dixit Cyn. in d.l.2. C. quando fiſcus, vel priuatus, & Alex. in d.§.ſic quoque nu.3.

Tertio fallit,calumnia clarè non apparente, ſi creditor eius malitiam in promptu ſe probaturum offert, Alex.vbi ſupra verſ. item addatis nu. 3. & Carau.vbi ſupra nu.69.

Quarto, ſi contra talem debitorem adeſſet inſtrumentum publicum guarentigiatum, vel confeſſionatum habens executionem paratam, eo enim caſu etſi neget,nihilominus fiet executio contra eum, ita Alex. in d.§.ſic quoque, vbi ampliat id procedere etiã ſi debitor conuinceretur per inſtrumentum paratam non habens executionem per notata à Bald.in d.l.2.
46 Verùm,quia hoc non eſt ſine dubitatione, cum ego creditor non poſſim plus iuris habere contra debitorem illum, quam debitor meus, & creditor eius habet ſecundum Angel. in d.§. ſic quoque,ideò ſecundum Carauit.num.7. in fine, ampliatio Alex.procedere poſſet,quoties debitor negans conuinceretur per inſtrumentum etiam paratam non habens executionem, ideſt no publicum,& liquidum, ſi tamen malitioſè negare pateat clarè,aliàs ſecus.
47 Quinto principaliter limita in debitore filiofamilias obligato ſeparatim, vel coniun-

ctim cum patre, nam ijs caſibus cōtra eum non exequetur creditor ad formam ritus. Verùm primo caſu aduertas, quod ſi is comparet, & dicit ſe filiumfamilias, & ſine præſentia, ac expreſſo patris conſenſu ſe obligaſſe, atque per inſtrumentum publicum, vel per teſtes apparet, quod patrem habet, non detinetur tùm ex diſpoſitione iuris communis relati per Canar. quæſt. 18. & Grauin. par. 2. declar. 17. nu. 32. tùm etiam Regiæ Pragmaticæ per excellentem, ad Senatuſc. Macedon. in qua enunciatum illud ſeorſum à patre, intelligas verificari in momento temporis, ita quod non requiratur decennium, vel aliud tempus, vt per aliqua notata à Carau. ibidem, & Vrſill. ad deciſ. Affli&. 308. nu. 19. vbi ita in Sacro Conſilio deciſum fuiſſe dicit, faciuntque notata per Præſid. de Franch. deciſ. 10. nu. 4. in primo capite diſtractionis, vbi hoc in contractibus, ſecus in teſtamento procedere dixit.

Pariter ea verba ſeorſum à patre intelliguntur etiam ſi filius in vna, eademque domo cum patre habitet, ſed non expenſis patris alatur, ac viuat, Cæpolla conſ. criminali 26. nu. 11. verſ. nec obſtat, refert Rouitus ad pragmaticam mentionatam per Excellentem poſt text. in princ. ideoque ſi non

48 conſtat, vt ſupra, de patria poteſtate, liquidabitur inſtrumentum, & in oppoſita exceptione audietur in vinculis: eſt tamen verum, quod quia creditor poteſt multa prætendere circa contractus, vt ſupra, facti validitatem, Iudex tempore vltimi peremptorij conſtito, vt diximus, quod citatus ſit filiusfamilias decernet, quod procedatur ad liquidationem: verùm pro debito, & pęna ſuperſedeatur in executione perſonali, donec aliter fuerit prouiſum, & ſuper exceptione nullitatis dabitur terminus, & in cauſa, vt ſolitum eſt, procedetur Carau. vbi ſupra nu. 76. & 77.

Sublimita verò hanc limitationem in primo caſu non procedere quando filiusfamilias ſe obligaſſet extra Regnum;
49 tunc enim tenebitur, & pragmaticę beneficio non gaudebit, ita de Franch. deciſ. 72.

Sublimitat in filiisfamilias, Alex. in conſ. 29. vol. 3. & conſ. 233. vol. 6. Carau. verò tradidit pro ampliatione in dicta pragmatica §. 9. num. 18. cum ſeq. per ipſum ampliationes triginta, & limitationes viginti octo videre poteris.

50 Secundo verò caſu, quando comparet filiusfamilias, & dicit inſtrumentum verum, geſtum tamen cum patre, dùm in eius eſſet poteſtate, & quod modo eſt ſui iuris per emancipationem

pationem, vel mortem patris, de quo docet in promptu, & nulla paterna bona poſſidet, & implorat beneficium l. 2. C. & ff. quod cum eo, vt non teneatur, niſi in quantum facere poteſt, dicas idem, vt non carceretur; ſed Iudex decernet, quod ſuperſedeatur in liquidatione, donec aliter fuerit ſuper petito beneficio prouiſum, vel melius, quod procedatur ad liquidationem; ſed pro debito, & pœna ſuperſedeatur in executione perſonali, donec, &c. fundantur præmiſſa in doctrina Bart. in l. ſed & ſi §. ſi filius ff. quod cum eo, quem allegat, ſequiturque Canar. quæſt. 28. & cautelam, quod ſe faciat à patre emancipari filiusfamilias obligatus, tradit text. in l. ſi filiusfamilias ff. quod cum eo, quando viuit pater, & quando mortuus, quod renunciet hæreditati paternæ, ſequitur Stracca multo referens in tractat. de mercatore in tit. de decoctoribus num. 12. At vbi in promptu de emancipatione, & morte non conſtiterit, Iudex ad liquidationem, & carcerationem procedet: conſtabit autem de
51 emancipatione per ſcripturas l. emancipatione, vbi gloſ. & Doctores C. de fid. inſtrument. vel per teſtes, qui eum vixiſſe ſeorſum à patre per decem annos dixerint, vt per Afflict. in deciſ. 183. nu. 3. De morte verò
52 vt quia in ſcriptis teſtamentum fuit publicatum, Bart. in l. final. C. de edict. D. Adr. tollend. nam teſtamentum non fuiſſet publicatum, nec aſſignatum hæredi, niſi teſtator mortuus fuiſſet, conſtabit etiam alijs modis, de quibus per Bart. in l. quoties C. de naufrag. lib. 11. & l. 3. C. de mutilegulis eod. lib.

Amplia hanc limitationem in ſecundo caſu, etiam ſi poſt multos annos decurſos à die obligationis citaretur filiusfamilias, vt non teneatur pro temporis dilatione, vt deciſ. de Franch. 221.

(Adde. Etiam ſi prætenderetur per lapſum decem, & viginti annorum vitium eſſe purgatum, & in caſu, quo filiusfamilias obligatus cum patre eſſet minor, & non contradixiſſet infra quatriennium legitimum poſt maiorem ætatem, & diceretur contractum eſſe validatũ ex diſpoſitione text. in l. fin. C. ſi maior factus, &c. Ex ijs, quæ cumulat Anna filius conſ. 29. nu. 19. & 20. ex quo præſumitur ratificatio nullitatis contractus, adhuc dicimus ratificationem non præſumi, & diſpoſitionem d. l. fin. duas nullitates ſaluare, nempè nullitatem alienationis factæ ſine cauſa, vel non iuſta cauſa, & abſque decreto, ita dixit Molfeſ. conſ. 4. in additione nu. 35. & nu. 47. vbi in caſu Iulij Bianchi cum Victoria Roſſana,

ita per Mag. Cur. iudicatum fuiſſe refert, nempè non eſſe procedendum ad liquidationẽ, ſed ordinariè agendum, quod decretum licet fuiſſet reuocatum: in cauſa tamen reclamationis Mag. Cur. decretum confirmatum fuit, vt patet in bancha Seraphini.

53 Amplia ſecundo quando inſtrumentum eſſet factum cum patris conſenſu ad ipſius tamen vtilitatem, vt quia pro eo filius fideiuſſit, ita Socc. conſ. 24. vol. 4. Caſſan. in Conſuetud. Burgund. des droitex rubr. 4. nu. 37. refert Vrſill. ad Afflict. d. deciſ. 308. nu. 23. & plenius, ac vberius Tiraquell. in legib. connub. gloſ. 8. q. 13. nu. 111. vſque ad 121. & Carauit. d. pragm. §. 11. nu. 8. cum ſeq.

(Adde. Accedant citati à Molfeſ. conſ. 4. nu. 24. & 25. vbi ad filij perſonam integrandam, & corroborandum patris conſenſum hoc caſu Iudicis authoritatem requiri dixit. Subamplia autem, vt poſt ſententiam condemnatoriam opponi poſſit exceptio beneficij d. l. 2. eaq; gaudeat filiusfamilias, vt in S. C. deciſum refert Minad. in cõſtit. in aliquibus 2. notab. nu. 34. quem citat cum alijs multis id tenentibus Molfeſ. conſ. 4. nu. 2. & 3. par. 1. ad cuius conſilij maiorem explicationem vide eundem Molfeſ. conſ. 42. fol. 90. & conſ. 43. fol. 95. in 2. par. & à nu. 16. per totum nu. 26. refert plures Sac. Conſ. deciſiones factas ab anno 1532. vſque ad annum 1616. die 24. Martij in beneficium Principis S. Seuerij, quod decretum legitur d. conſ. 43. in fine nu. 27.

54 Sublimita tamen hanc limitationem in ſecundo caſu: primo, quando d. l. 2. fuiſſet renunciatum cum iuramento, ita Carauit. vbi ſupra nu. 19. in fine, quæ renunciatio ſpecialis eſſe debet, vt detineatur carceratus, ita Vrſill. vbi ſupra nu. 21. de Franch. in deciſ. 181. aliàs ſi fuiſſet renũciatio generalis per hæc verba, & renunciauit omni legum auxilio, quod non iuuaret creditorem, nec renuncianti præiudicium afferret, dixit pluries in Sac. Cõſ. deciſum, Vrſill. ad Afflict. vbi ſupra num. 20. in fine. Quam ſublimitationem in ſecundo caſu renunciationis generalis intelligas, ſi à iuramento præſtito in renunciatione fuerit abſolutio impetrata, tunc enim non nocebit quo ad prædicta, vt excipere non poſſit, ita Carauit. in dicta pragmatica per excellentem §. vel fuerint emancipati num. 70. in fine, ad quem recurras in omnibus hanc quintam principalem limitationem concernentibus in facti contingentia: ratioque huius dicti eſt, quia renunciatio eſt iniuſta, tenet tamen ratione

iura-

iuramenti, cuius deinde abſolutione habita reſcinditur.

Adde. Seruus in ſpeciali vt per aliqua docuit D.Franch. in deciſ. 164. num 7. & dixit multoties iudicatum in beneficiũ creditorum: & præſertim in cauſa creditorum quondam Martini Fileſij cum filijs anno 1569. referente Domino Catena idem Dom. de Franch. in add. ad deciſ. 164. Eſt tamen verum, quod dum eſſet lis in Sac. Conſ. inter Marchionem Campi Lactarij creditorem, & Marchionem Genſani,& Andream de Tufo filium d. Marchionis inſolidum obligatum cum eius patre fuerunt præſentatę variæ ſententiæ dicti Sacri Conſ. per quas fuit iudicatum renunciationes prædictas etiam iuramento vallatas nullius eſſe momenti, imò idẽ S. Conſ. iunctis aulis ad relationem S. Conſ. Præſidis Ioan. Andreæ de Curte iudicauit Marcum Antonium Azziam gaudere hoc beneficio quamuis per binos actus eidem beneficio renunciaſſet: ſemper enim renunciatio præſumitur appoſita de ſtylo notariorum, expreſſe conſtaret de enixa partium voluntate extra inſtrumentum, ita Molfeſ. d.cõſ. 4. num. 7. cum ſeqq. vbi deciſum dixit de anno 1600.in cauſa reclamationis eſſe procedendum via ordinaria cum filioſamilias in cauſa d. Iulij Bianchi obligati inſolidum cum Gregorio patre penes Seraſinum, & nouiſſime Amat.cõſ. 41.retulit iunctjs aulis, & facta reclamatione in Collater. Conſ. fuiſſe prouiſum, quod filiusfamilias obligatus cum patre ad patris vtilitatem de perſona non moleſtaretur.)

Vt per aliqua, dicit de Frac in deciſ. 164. nu. 7.

Secundò ſublimita in bonis caſtrenſibus, aut quaſi; vel aduentitijs,quæ filius familias habeat tempore contractus, in ijs enim citra executionẽ perſonalem exequentur creditores vt in S. Conſ. deciſum dixit de Franch. dec.74.

Tertiò ſublimita quando, doloſè hoc priuilegium allegaſſet, & aliàs, vt per Pariſ. conſ. 94. num. 42. volumine primo.

55 Sexto principaliter limita in muliere debitrice ex cauſa interceſſionis pro altero, ipſa enim gaudebit beneficio prag. primæ ad Sen. Conſ. Velleianũ, & ſic nõ carcerabitur, nec cõtra eã liquidatio fiet, & hoc etiam ſi cum iuramento beneficio prædicto eſſet renunciatũ d. Prag. j. teſtatur de Franch. dec. 237.

56 Amplia in muliere ſiue maritata, ſiue vidua, vel Virgine, & quatenus ſoluerunt quod detur repetitio, vt conſuluiſſe, & ob-

obtinuiſſe dicit Antonius Gomeſ. variar. reſolut. tomo 2. de fideiuſſor. num. 16. fol. 150. refert de Franch. dec. 623. nu. 8. & 9.

57 Quam limitationem ſic ampliatam ſublimita, non procedere quando interuenerit ex cauſa dotis l. ſi dotare, & l.fin. * C. ad Velleia, atque etiam ex cauſa antephati, vt deciſum refert in S. Conſ. de Franch. deciſ. 182. vbi ad illud dictas leges extendit.

Secundò quando intereeſſerit ex cauſa pia, vt pro exoneratione animę viri ſui poſt mortem, vel pro liberatione ipſius conſtante matrimonio, vt per de Franch. d. deciſ. 237.

Tertiò ſublimita in caſibus notatis per regnicolas ad dict. Prag. & per de Franch. d. deciſ.
58 623. & ſignanter quando acceſſiſſet diſpenſatio Excellentiſſimi Dom. Proreg. quod liceat ipſi mulieri intercedere, & ſe ſe obligare. Quo quidem caſu aduertenda ſunt duo; Primum quòd in citatione ſuper tenore inſtrumenti expediēda contra hanc mulierem fiat mētio de diſpenſatione ſ. ſuper tenore publici inſtrumenti Reg. diſpenſatione vallati, vt docet de Franch. d. deciſ. 623. num. 5. & 21. Alterum, quod curia ſedente præſentetur diſpenſatio non poſt. idem quo ſupra loco, numer. 11. & ſeqq. quæ fuerint omiſſa in caſu d. Deciſionis fuit iudicatum in Magn. Curia quod ageretur ordinariè contra mulierem, & decretum confirmatum in S.Conſ. Et deinde cum creditor ijs adimpletis iterum citaſſet debitricem fuit liquidatum inſtrumentum in Magn. Curia, & confirmatum per Sacr. Conſilium, vt refert de Franch. d. Deciſione in fine.

59 Septimò principaliter limita in ſocero debitore conuento per generum, vel nurum pro dotibus non conſignatis, vel reconſignatis; tunc enim cum venia non poterit contra eum via ritus executio fieri, ita Frecc. p. 12. quæſt. prima, licet contrarium, & malè ſeruatum fuiſſe aſſerat, & contra nurum videtur deciſio de Franch. 164. vbi num. 3. videas ſublimitationem.

(Adde. Verum quod contra ſocerum fuerit deciſum in S.C. conſtat ex deciſ. D. de Franch. 366. refert, & ſequitur D. Regens, & Marchio Tapia ad ritum 166. num. 4.)

Hanc limitationem amplia multis modis, &

Primò in extraneo promittente dotem tanquam debitore mulieris ex cauſa dotis per l. ſi prior ff. ſoluto matrimonio.

60 Secundò amplia in parentibus, patronis, vxore, & marito,

to ſi conueniantur à filijs, liber
tis, marito, & vxore, l. ma-
rito. ff. ſoluto matrimo. l. ſunt
qui ff. de re iudic. l. licet ff. de
obſeq. à liber. patr. pręſtan. l.
patronus, & l. non tamen ff. de
re iudic. Ratioque eſt, quia om
nes hæ perſonæ non tenentur,
niſi in quantum facere poſſunt,
cui beneficio ſi eſſet renuncia-
tum abſolutione à iuramento
impetrata modo, quo in ſeq.
p. dicemus excipiẽt. ita Nunt.
Tartaglia in praxi Magn. Cur.
cap. primo, num 31. & ante
Grau. p. 5. declarat. 30. num.
61 48. à Ganario quæſt. 28. nam
hoc priuilegium, quando com-
petit ratione reuerẽtiæ debitæ
perſonæ remitti non põt, neq;
ei renunciari, vt per Vinc. de
Franch. d. deciſ. 164. num. 14. &
16. dixitque Annius allegatio-
ne 101. vbi an cenſeatur renun-
ciatum dict. beneficio per ver-
ba, & promiſit integrè, & in-
diminutè ſoluere, & quod pa-
ter conuentus à filio ſuper te-
nore inſtrumenti non carcere-
tur; ſed gaudeat beneficio, ne
teneatur, niſi quo ad facere
poteſt, dixit Minadous in ſua
deciſione 2. & videtur ſenſiſſe
de Franch. in deciſ. 162. & quod
opponatur etiam poſt ſenten-
tiam, idem de Franch. deciſ.
164. in princip. Quod autem
à D. Carolo de Auolos filio cõ-
tra Marchioniſſam Vaſti matrẽ
fuerit liquidatum inſtrumentũ
retulit de Franch. dixiſſe vnum
ex Dominis in deciſ. 366. in fin.

(Adde. De qua re eſſe valde
dubitandum inquit Regens. Ta
pia in d. ritu 166. num. 5. & vi-
de Minadoum deciſ. 2.)

62 Tertiò amplia in clerico de-
bitore, qui etiam non tenebi-
tur, niſi in quantum facere
poteſt, Doct. in cap. Odoardus,
de ſolution. Viuius lib. 1. com.
opin. 99. vbi refert practicam,
quod eo caſu ſi clericus habet
beneficium, tenetur Eccleſiaſti
cus iudex adiudicare credito-
ribus annuos fructus illius re-
ſeruatis clerico alimentis, &
* ita deciſum in Sac. Conſ. refert
dixiſſe Vrſill. ad Afflict. in de-
ciſ. 200. num. 26. & ſeq. ſub-
ampliationes vero, & ſublimi-
tationes ad eam vide per Viui.
vbi ſupra.

Quartò amplia in ſpoliato
omnibus bonis à Curia, conuẽ-
tus enim ab alijs creditoribus,
poterit, vt ſupra excipere, &
* ſic non carcerabitur, & ita in
S. Conſ. deciſum fuiſſe refert
Gramm. Dec. 85. cum magni-
ficus.

Sublimita vero dicta in hac
limitatione 7.

Primò quando hæ perſonæ
propter proprium defectum,
& malos mores ad paupertatẽ
deueniſſent, vt per Tiraquell.
in l. ſi vnquam gloſ. verſ. Bo-
na C. de reuocand. donation.
Cottam in memoral. verſ. pau

per-

pertas excuſat. Vrſill. ad Afflic. Deciſ. 323. & de Franch. deciſ. 164. num. 16.

Secundò ſublimita quando pater vxoris ex dotis promiſſione ſoluto matrimonio conuenitur. l. ſicut. ibi ſed an ſi cũ ſocero. ff. de re iud.

63 Tertio ſublimita non procedere in Ciuitate Neapolis, in qua eſt conſuetudo, vt pro reſtitutione dotium facienda à marito ſocero, vel hæredibus fiat exactio inſolidum. incipit autem Vbi dos eſt. in tit. de iure dotium. Afflict. deciſ. 222. quam conſuetudinem extendit ex quibuſdam ad caſum, quando ſocer genero dotem non ſoluit, de Franch. deciſione 366. num. 12.

Sublimitationem vero hanc limitat Napodanus in filio exigente dotem à patre proprio, qui eam receperat à nuru, vel eius patre in verſ. facere poteſt in fine.

Secundò reſtringunt addentes in antephato, pro quo non tenebũtur hæ perſonæ, niſi quo ad facere poſſunt, & ita in Sac. Conſ. deciſum referunt in cauſa Angelę Bonę cum Franciſco de Thetis eius ſocero die 21. Iunij 1560.

64 Quartò ſublimita quãdo mulier, vel ſocer cauſa decipiendi & ineſcandi maritum, vel generum ampliorem dotem promiſiſſent l. ſi de dote verſ. Quid enim. ff. de iure dotium, & ſic generaliter ſi hæ perſonæ eſſent in dolo; non enim beneficio prædicto gauderent: atque in dolo eſſe dicuntur, quando ſcienrer dotem ſupra eorum facultatem promiſerunt, l. pen. ff. de iure dotium. l. cum poſt. vbi gloſ. verſ. quidem cum eſſet, ff. de adminiſtrat. tutor. Faber. num. 6. & alij in §. itẽ ſi de dote verſ. facultas Inſtitu. de action. conijcitur quoq; ex deductis per de Franch. d. deciſ. 164. hancq; ſublimitationẽ ſequitur Couarru. variar. reſol. cap. 16. verſ. ſecundo illud annotandum, numero 9.

65 Et quidem Forma excipiendi in hoc beneficio eſt, vt hæ perſonæ dicant, non plus promiſiſſe, niſi in quantum facere poterant, ita Auphrer. ad deciſ. Tholoſan. 259. num. 7. ipſe tamen in totum non liberabũtur; ſed aſtringentur pręſtare cautionem de ſoluendo, ſi ad pinguiorem fortunam deuenerint, vt per Aret. in §. prædicto, num. 161. & ſi non habẽt fideiuſſores præſtabunt illam ſub hypoteca omnium bonorũ pręſentium, & futurorũ; hocq; beneficium in quantum facere

66 poſſunt interpretatur hoc modo ſ. deducto ne egeant, & in deductione iſta attendenda eſt quantitas rei, & tempus, vt in contingentia per eoſdem vbi ſupra videre poteris, & quod atten-

attendantur valor fructuum,& non rei dixerunt. Boer. deciſ. 19. num. 7. Vrſill. ad Afflict. deciſ. 222. in fine.

(Adde. Et quod non tranſeat hoc beneficiem ad hæredes fuit deciſum in Sac. Conſ. teſtante D. d. Franc. dec. 698. ſic etiam quod alimenta, quæ debentur vigore illius enunciati deducto ne egeat ſint præſtāda in domo habentis hoc beneficium, non eius contra quem illud competit, dixit deciſum in Sacro Conſ. idem D. de Franch. deciſ. 698.)

67 Octauò limita non procedere in debitore, cuius bona ad inſtantiam creditorum per S. Conſ. Magnam Curiam, vel alios iudices fuiſſent ſequeſtrata, vendita,& venditionis prætium creditori cum cautione de reſtituendo quibus, & quando liberatum; tunc enim non poterit is creditor via ritus contra ipſum liquidare inſtrumentum, & arreſtare de perſona ex eo, quia vna via electa, &c. & quod pecunia non fuit libera; ſed per creditores iam notos auocabilis: dumtamen debitor ipſe præſtet fideiuſſoriam cautionem de ſeruando creditorem indemnē à dicta cautione de reſtituendo & ita Vinc. de Franch. deciſ. 200. dixit ter in Sac. Conſ. deciſum.

Nonò limita in debitore furioſo, vel prodigo citra curatoris authoritatem obligatis, per ea, quæ dixere Barz. p. 1. q. 3. & Grau. p. 2. decl. 19. n. 89. & in minore, pro vt ſupra in amplialione octaua.

68 Decimo, & vltimo limita non procedere in debitore, qui creditorem præueniſſet, hoc eſt citari feciſſet, antequam dies quantitatis ſoluendæ, vel rei tradendæ aduenſſet, vel ante quam ipſe citaretur; vt veniat ad caſſandum ſibi tale, & tale inſtrumentum, vel obligationem, ex quo ſatiſfecit, vel quia alio modo inſtrumentum non valet, nec tenetur; tunc enim contra eum exequi non poterit creditor ad ritus formam niſi præuentionis cauſa finita, ita ritus 168. §. nota Gra. p. 4. declar. 19. & Carau. d. ritu, nu. primo; Secundo notabili: At quoniam iudicium præuentionis, & in præſenti limitatione deducta non ita de facili procedunt; ideo quando huiuſmodi exceptio competat differendū eſt, habito prius ſermone de abſolutione à iuramento, quā ad euitandum euitanda neceſſe eſt obtineri ante oīa in hoc, & in alijs caſibus ſimilibus, quoties in inſtrumento eſſet renūciatum omni legum auxilio, & promiſſum omnia habere rata grata, & firma, & in aliquo nō contrauenire, cum ſi eſſet renunciatum in ſpecie Præuentioni

tioni eſſet aliter dicendum, vt notat de Franch. deciſ. 670. & nos inferius rubr. 2.

Ad rem igitur facto fine huic ſecundæ partis deueniamus. Ioannes Paulus Galterius I.V. Doct.

## Tertia Pars ſecundæ Partis Principalis.

## Et an præcedente abſolutione a iuramento. Rubr. I.

*SVMMARIVM.*

1 *Abſolutio à iuramẽto quid ſit.*

2 *Definitio multa debet habere requiſita, & quæ.*

3 *Definitio ab effectu, & ab eſſentia tradi poteſt.*

4 *Diſpenſatio, & relaxatio.*

5 *Priuatio præſupponit habitum.*

6 *Hæres defuncti an abſolutionem à iuramento impetrare teneatur.*

7 *Iuramentum eſt quid perſonale, & cum perſona extinguitur.*

8 *Contractus, & obligationes omnes tranſeunt in hæredes actiuè, & paſſiuè.*

9 *Hæres obligatur per defunctum quo ad temporalia, non quo ad ſpiritualia.*

10 *Mors operatur, quod efficit à iuramento abſolutio.*

11 *Abſolutio nõ perimit vires contractus, niſi in caſibus, num. 49.*

12 *Exceptio periurij an, & quando hæredi opponatur, & obſit.*

13 *Exceptio ad merita cauſæ reſeruata, quando terminanda ſit.*

14 *Abſolutio à iuramento non eſt neceſſaria ſindico, & electis nomine Vniuerſitatis obligatis.*

15 *Abſolutiones à iuramento tot debẽt eſſe numero quot fuerunt cum iuramẽto promiſſiones.*

16 *Abſolutio facta à iuramentis intelligitur de duobus; ab vno, & pluribus verificatur in tribus.*

17 *Abſolutio ſeſe referens ad inſtrumẽtũ quo ſunt plura iuramẽta an, & quãdo pſit.*

18 *Regula l. aſſe toto ff. de hæred. inſtituen. quod relatũ eſt in referente quando procedat.*

*Mo-*

19 *Modus impetrationis abſolutionis à iuramento, & cautela ſeruanda.*
20 Contractus *appellatione quid veniat.*
21 *Abſolutio non cencedenda, quando impetranti alia via conſultum eſſe poteſt.*
22 *Abſolutio à iuramento per quos concedatur, nu. 24. & 19. & qua ex cauſa num. 32.*
23 *Abſolutionis conceſſio eſt iuriſdictionis non ordinis.*
25 *Iudex ſæcularis poteſt relaxari facere iuramentum turpe.*
26 *Iudex ſæcularis poteſt declarare iuramentum non tenere, vel eſſe fidictium, vel ſimulatum, aut non obligatorium.*
27 Cognitio *ſpiritualium an & quando ad iudicem laicum pertineat, & nu. 28.*
29 *Iuramentum ſicut à parte, ita, & à Principe relaxari poteſt.*
30 *Obligatio filijfamilias ſine patris conſenſu facta etiã iuramento interpoſito quod ſit paterfamilias non valet neqne is periurij pœna tenebitur.*
31 *Abſolutio à iuramento quibus ex cauſis concedenda quibuſuè non, & quod conſideratè, & non feſtinanter num. 40.*
33 *Periurio incurſo non eſt regulariter concedenda abſolutio à iuramento, & vide caſus, & fallentias, num. 35. & ſeq.*
34 *Qui in legem cõmittit fruſtra eius implorat auxiliũ.*
35 *Abſolutio ſub qua formula, & clauſula cõcedenda eſt.*
38 *Peccatum peccato addi non debet.*
38 *Libelli vel ſupplicationis ſola oblatio non facit quem eſſe periurum.*
39 *Abſolutio à iuramento impetrata non iuuat facta concedenti obreptione, vel vel ſubreptione.*
41 *Abſolutio à iuramẽto ad duplicem effectũ conceditur.*
42 *Item conceſſa ad effectum agendi appellatione non ſuſpenditur.*
43 *Peccata eo ſunt grauiora, quo diutius infelicem animam detinent alligatam.*
44 Citatio *partis an, & quãdo, & vbi requiratur in impetratione abſolutionis à iuramen-*

*mento,&n.46,47.52.53.&54.*

45 *Iudex cauſæ præparâtis eſt quoque iudex cauſa præparata.*

48 *Abſolutus à iuramento ad effectum agendi antequam agat, debet reſtituere accepta vigore contractus, contra quem agere, vel excipere intendit.&cautela,num.51.*

IN hac parte primo loco dicẽdum eſt de abſolutione à iuramento, & poſtea de Præuentione.

Circa primum nouam in medium afferam abſolutionis à iuramento definitionem, ex qua infinita, quæ ad eam requiruntur patebunt.

1 Nihil ergo aliud eſt abſolutio à iuramẽto,niſi Vinculi vnius, vel multiplicis in contractu appoſiti iam obſtantis relaxatio facta per ſuperiorem ex cauſa, vt quis agat, excipiat, vel cõtractum diſſoluat.

Et qdẽ meo iuditio huiuſmodi definitio habet requiſita tradita per Doct.in l.prima ff.do-
2 lum. ff. de dolo, conſtat enim ex genere, & differentijs continet eſſentiam, & quidditatem definiti, & cum ipſo definito conuertitur,& licet con-
3 tinere videatur etiam effectum non eſt mirum, cum ab effectu & eſſentia ſimul definitionem aliquando proceſſiſſe conſtet ex Imperatore in §. 1. Inſtit. de lega.Vnde relaxatio. ſtat loco generis, comprehendit enim
4 diſpenſationem,quæ dicitur iuris relaxatio. cap niſi rigor cũ ſeq. prima quæſt. 7. Specul. in tit. de diſpenſat. in princi. nec non relaxationem, quæ fit à peccatis, & ab excommunicatione; de qua per Canoniſtas in cap.canonica. de ſent.excõ. & Syłueſt. in verſ. abſolutio il primo in principio. Et verba vinculi vnius, vel multiplicis, & cætera ſtant loco differentiarum, faciunt enim vnam relaxationẽ ab altera differre.

Dico in definitione vinculi, i. ligaminis, eo,qa ſi iuramẽtũ non ligat agentem, vel exci-
5 pientem, is non indigebit abſolutione,quæ vti quædam priuatio præſupponit habitum,& ſic ligamen l. decem ff.de verb. obligat.

6 Hinc eſt, quod hæres defuncti qui nõ iurauit nõ teneẽ petere abſolutionem à iuramento in eo contractu, quem fecit de
7 functus; nam iuramentum eſt quid perſonaliſſimum, & cum perſona extinguitur l. generaliter. C. de iureiura. Innoc.communiter receptus in cap. veritatis, de iureiur. in fine Guido Papæ deciſ. 140. num. 5. idem Deciſ. 224. num.3.& hoc adeo

verum

verum eſt, quod quis iuraſſet pro ſe,& hæredibus adhuc non
8 obligat hæredes: quia& ſi omnes obligationes,& contractus tranſeant in hæredes actiuè, & paſſiuè, vt in rubr. C. vt ab hæred.& contra hæredes, nihilominus quo ad ea, quæ animam illaqueant non tranſeunt; quis n.
9 quo ad temporalia, non autem quo ad ſpiritualia ſuum poteſt obligare hęredem, ita Io. Andr. Abb.& Anchar. in d.c. veritatis Iſern.& Affl. in conſt. Eos, qui ſcienter, q.3.n.6 idem in deciſ. 385.nu.8.& Capic. deciſ. 75. &
10 mors operatur id, quod efficit abſolutio in perſona defuncti. Corn. conſ.25.n 11. & 112.nu.2. lib. 4. quem refert, & ſequitur Ant. Gagliar. in tract. de abſol. à iuram. §.2 nu.22. Et quidem prædicta procedunt, quando iuramentum peteretur ad finem agendi, & excipiendi, quod ſi peteretur ad finem ſoluendi contractum,& eſſemus in caſu quo abſolutione conceſſa principali, is adhuc aduerſus cótractum venire non poſſet, tũc nec etiam eius hæres venire contra valeret: hinc eſt ꝙ ſicut principalis debitor non poteſt gaudere beneficio Auth. hoc niſi C. de ſolution. cui renunciauit cum iuramento, vel ſine, vt infra rubr. vel facta liquidatione, n. ita nec hæres, vt per d. de Frãc. deciſ. 83.& Corneus vbi ſup. dixit, quod mors non poteſt plus operari in hærede, quam operatura eſſet abſolutio in defũcto
11 dum viuebat: hinc ſi perſona defuncti; ergo nec mors in hæredis perſona perimet: at is tenebitur obſeruare contractum cum omnibus eius vinculis, & qualitatibus Gabriel. com. op. 6. in tit. de iureiur. Annius al- leg.28. & alii relati per Gagl.
12 vbi ſup. n.27. & 28. & ideo hæredi agenti aduerſus contractũ irritum cum defuncto, ac iuramento firmatum, poterit opponi exceptio periurij,& l. ſi quis maior. C. de tranſact. & audiẽtia denegari, ſicut defũcto etiã habita abſolutione poterat. Ioa. Anton. à Leo de Fortiatis in l. quod te verſ. intelligite iſtud ff. ſi cert. petat. fol. 36. Eſt tamen verum quod ſicut defũcto dũ viuebat ſine abſolutione agenti exceptio periurij ad ipſum à limine iudicii repellendum à principio opponi poterat cap. 1. de litis conteſt. in 6. l. Nã poſteaquã vbi notatur, ff. de iureiur. Marſ. conſ. 107.n.9. & Affl. deciſ. 285.n.1.& nullatenus ad merita cauſæ reſeruari, etiam eo replicante, quod iuramenrnm fuit vi extortum, vel dolo, vt per Affl. in deci.63. nec eidem dari dilatio ad probandum dolum, vel vim, quãdo fuerat (vt fieri ſolet) renunciatũ, vt per Vrſil. ad eum n.2. Ita hęc oppoſita hæredi ad merita cauſæ reſeruabitur,& ſic nõ repel-

let à iuditij limine; ſed impleri debet ex probationib', quæ expectandæ ſunt: ſi conſtiterit hæredem fouere iuſtitiam, exceptio periurij non obſtabit; ſin ſecus, etiam abſolutione fortè impetrata non obſtante, repelletur. ita Gagliard. vbi ſupra num. 29. referens facere ad præmiſſa d. deciſ. de Franc. 23.

13 Hic vero ſcias, quod exceptio, quæ reſeruatur ad merita debet facta in cauſa concluſione terminari, & diſcuti; ſecus ſi fuerit facta reſeruatio quod habeatur de exceptione ratio in calculo ferendæ ſententiæ, quia in fine expediatur, ita Affliƈt. in Conſt. Exceptiones filiationis, num. 8. & quidem

14 hæc eo fortius procedunt in ſindico, & electis Vniuerſitatũ tam circa contractum initum per prædeceſſores in regimine, quam per ipſoſmet ſindicario, & electario nomine, quia præiudicium ipſorum non eſt ſeparabile, nec poteſt ſeparabilirabile conſiderari à præiuditio Vniuerſitatis, cum ipſi nullum jus habeant in bonis Vniuerſitis adminiſtratis; ſed tantum facultatem adminiſtrandi, & ſi conſiderantur, vti ſinguli, non attinet aliquid de iuramento præſtito per eos vti ſindici, & electi, obligatio non radicatur perſonis eorum ex prædictis: Vnde poterunt abſque abſolutione à iuramento contrauenire, ita ex diſtinctione Anto. de Butrio in cap. cum veniſſent. de conſtit. refert Gagliar. vbi ſupra à num. 35. vſque ad. 38.

15 Dico in definitione vinculi vnius, vel multiplicis, quia quot ſunt cum iuramento promiſiones, tot requiruntur abſolutiones, & ſi eſſet facta habilitatio à iuramentis, intelligiretur de duobus tantum: hinc fit, quod ſi adeſſet alia promiſſio cum iuramento obſtaret, & abſolutio non opitularetur petenti. ita Socc. conſ. 59 volu. 3. Roman. conſ. 326. & Vrſill. ad Affliƈt. Deciſ. 220. num. 12. & ſeq. ratioque eſt, quia ſi concedens ſciuiſſet, vel non conceſſiſſet, vel difficilius cõceſſiſſet, ita Bald. in repet. l. ij. verſ. quo ad primum, num. . . ff. de iureiur. Imola, & Fely. in cap. debitores, num. 9. de iureiur. ideoque ſi eſſet promiſſio iuramento firmata de obſeruando contractum, & de non petendo abſolutionem, vtique cum eo caſu ſint duo pmiſiones, & iuramenta, totidem debent eſſe abſolutionis petitiones ſubalternæ, & ordinatæ Felyn. vbi ſupra, num. 9. & 10. & aliter, vt omnia exprimantur ſpecificè, & multum in particulari, quo reddatur certus concedens abſolutionem, vt amplius dubitari non debeat, quod ſi plus aliquid ſciuiſset, aut non conceſſiſſet, aut durius cũceſſiſſet:

ita

ita Roman. vbi ſupr. & Socc. d.
16 conſ. 59. num. 7. cum ſeq. vbi vl
terius dixit, ꝙ ſi cōceſſa fuiſſet
abſolutio ab vno, & pluribus iu
ramentis, cum hæc verba veri-
ficetur in tribus iuramentis, nō
opitulabitur abſolutio ſi pro-
miſſiones, & iuramenta eſſent
quatuor; nam tunc remanet ad
huc vnum vinculum, & impe-
dimentum, quod etiam remo-
ueri debuerat, & adeo amplia-
uit hoc procedere, quod quam-
uis petitio, & abſolutio ſeſe ad
inſtrumentum referrent, & di-
17 ceretur ab vno, vel pluribus
iuramentis, vt in inſtrumento
adhuc non prodeſſet; atque ita
dicens ſecutus eſt eum ad Affii.
Vrſill. dict. deciſ. 220. Gratus
conſ. 23. lib. 2. Gram. deciſ. 66.
num. 13. & Menoch. qui hanc
opinionem comunem dicit in
conſ. 24. numer. 25. relatus per
Gagliar. in d. tract. §. 2. n. 25.
18 Nec obſtat regula quod rela
tum eſt in referente verè, &
propriè, l. aſſe toto. ff. de hære.
d. inſtituend. quia Socc. teſte
vbi ſupra illa regula procedit,
quando nulla ſpecificatio pro-
ceſſiſſet, vt quia petens abſolu-
tionem poſt generalem ratio-
nem in memoriali factam di-
xiſſet; Quæ omnia iuramentis
armauit, vt in inſtrumento, ꝙ
in promptu exhibetur, & pro-
ducitur, atque ita (quicquid
dicat Gratus vbi ſupra) per
multa iura tenuit Gagliard. lo
co citato à num. 48. vſque ad
51. Secus vero quando præceſſit
aliqua ſpecificatio, vt in caſu
prædicto in quo dictum eſt ab
vno, vel pluribus iuramentis,
vt in inſtrumento.
19 Vndeq; aduertas, vt explices
qualiter promiſiſti ſoluere, om
nia habere rata, grata, & fir-
ma, & in aliquo non contraue-
nire, non opponere talem, &
talem exceptionem, non pete-
re abſolutionem à iuramento,
& ea impetrata non vti, & quo
ties abſolutionem impetraſſes,
toties eidem renunciatum cen
ſeatur, & de vno dicatur facta
promiſſio cum iuramento, &
facta generali relationē; & re-
miſſione ad inſtrumentum, ꝙ
produceretur vt ſup. debet pe-
ti abſolutio alternatiuè, ſucceſ
ſiuè, & conditionaliter, & pri-
mo quidem abſolutio à iuramē
to abſolutionis non petendæ
promiſſionis, & deinde ab alijs
ita Gagliar. vbi ſup. num 50.
vſque ad 57. quo loci dixit, ꝙ
vnica petitione, & abſolutio-
ne fieri poteſt, ſi tamen de hoc
facto fiat mētio, vt præmiſſum
eſt: atque in ſpecie ita tenere
Nattam conſ. 167. & optimam
eſſe cautelam, vt in decreto ab
ſolutionis fiat mentio de inſtru
mento, quatenus viſum, ac per-
penſum fuit, quodque poſt me-
moriale inſeratur, vel coniun-
gatur totus inſtrumenti tenor,
conſuluit Anna ſing. 281.

20 Dico vlterius in contractu intelligas tu largè ſumpto, vt comprehendit contractuum, quaſi contractum diſtractum, ac omnem conuentionem ſecũdum gloſ. in l. 3. §. contrariũ. ff. de contra.tutelæ actio. quã adhoc allegat Bar. in l. more in princip.ff.de acquir hæredit. & Roma conſ. 394. tenuit Bal. in l. pactum, num. 24. C. de collation. & in rubr.nu.1.& 2. C. de pactis.

Dico obſtantis, ideſt quod obſtare poteſt; nam ſi non obſtat, vt quia ſuper illicita re interpoſitum, quod iuxta verba text. in cap. cum contingat de iureiuran. ſine diſpendio ſalutis æternæ, & alterius præiudicio ſeruari non poteſt, vel quia eſt contra publicam vtilitatem principaliter, vel contra bonos mores naturales, quia turpe in ſe, vel ſuper re turpi, vt in iuribus per Euerardum allegatis in centuria, de vi, & energia iuramenti, num. 18. & in cap. cum quidam §. illi verò, de iureiur. & in deciſ. Guidonis Papæ. 80. num. 3. & in deciſ. 463.& hoc conſtat in eodem contractu. Vel quia pars, quæ iuramento innititur, ex parte ſua contractum non adimpleuiſſet, vt in exemplo poſito ſupra in rubr. Aduertat ad debita, & cauſas, num. 39 tunc abſolutionem à iuramento impetrari nõ oporteret, ita Bald.& alij in cap. veritatis de iureiur. Caſtrenſ. conſ. 306. colum. 2. lib. 2. Guid. Papæ deciſ. 463.& 80. nu. 3. Menoch. conſ. 24. num. 2. lib. 1.& lib... de arbitrar. iud. cent. quęſtio. 50. vbi alios caſus ponit, refert, ſequiturque Gagliard. §. 1. num. 26 & ſeq. idem §. 2. & num 25. nec à iuramento interpoſito in contractu nullo ex diſpoſitione legis Regiæ, vt in interceſſione mulieris in pragm. ad S. Conſ. Velleian. vbi dicitur, quod contractus præſumatur meticuloſus metu cadente in conſtantem virum, & dante cauſam contractui, & contra bonos mores ciuiles, & naturales, & comprehendatur ſub regula. Non eſt obligatorium de regul. iur. in 6. & ibi Scaglion. num. 51. dixitq quod Rex potuit ratione publicę vtilitatis prouidere circa futura negotia, ſuper quibus interponendum erat iuramentum, ne interponeretur, & interpoſitum annullaretur quo ad partem, per multas doctrinas.

(Adde. Imola in l. ſi quis inquilinos §. ſcriptura ff. de leg. primo Foller in praxi cenſuali p. 3. n. 89. cum ſeq. ſ. m. 70.)

Sic in reuocatione alienationis rei feudalis iuramẽto firmatę, vt in conſt. cõſtitutionẽ D. mem. ibi iuramẽtũ, & hoc quia alienatio, ſup qua interpoſitũ eſt iuramentum non validatur iura-

21 iuramento, quia vergit in Regis directi Domini præiudiciũ, (Adde. Et reuocans non incurrit periurium, nec ei illud opponitur, & ſi opponatur, exceptio reijcitur, vt in Sacro Cõſ. ſeruari docet D. de Franch. deciſ. 391.)
à iuramento inquantum ſuper ijs interpoſito abſolutio impetranda non eſſet, nec concedẽda, quia iuranti alia via eſſe conſultum poteſt, ita Neuizanus conſ. 23. num. 10 Gagliar. §. 1. num. 28. niſi ad maiorem cautelam (quia fortè dubium fieret, & eſſet aliqualis ſuſpitio) ad effectum agendi, & excipiendi petatur, vt præſenſit gloſ. in d. cap. cum quidam §. illi vero. eſt opinio Canoniſtarum, de qua per Abb. in q. 2. incip. ſtante ſtatuto per totã quæ ſalubrior eſt, vt per Afflic. deciſ. 263. in fin. & 322. nu. 6. & alios relatos à Muſcatello in praxi ciuili Sac. Conſ. gloſ. tranſactionis, num. 24.

22 Dico facta per ſuperiorem, ſ. ſpiritualem, & ſic iudicem Eccleſiaſticum, vt eſt Pontifex Max. in toto mundo, & vt ſunt in Diœceſibus Epiſcopi, quibus ſubeſt iurans, vt per plura dixit Gagliar. concludendo in §. 4. num. 35. & 43. vbi videas, quãdo cõtractus alibi fact' eſt.

(Adde. Et nouiſſime docet Michael Zappullus ad prag. 5. de adminiſtr. vniuerſ. §. 6. n. 22. quo loci ex Anna allegat. 83. nu. 8. & ſeq. retulit poſſe impetrari abſolutionem à iuramẽto, à quolibet Epiſcopo, ſub cuius iuriſdictione reperiretur.)

23 Item eorom Vicarii, cum abſolutionis conceſſio ſit potius, quam ordinis, vt videtur intellexiſſe gloſ. in cap. paſtoralis, de officio ordin. & dixit Felyn. in d. cap. 1. verſ. in cõtrarium, num. 20. de iureiur. & hoc per conſ. 38. Cardin. vbi etiam dixit Capitulum ſede va-
24 cante poſſe, & ita refert, ſequiturque Gagliar. §. 3. à princip. vſque ad n. 12. vbi allegat Ioan. Franc. Pauinum in tract. de offic. & poteſt. cap. ſede vacante in 7. tom. tractatuum in 1. & 5. quæſt. principali.

25 Non tamen nego quin iudex ſæcularis poſſit laicum turpe iuramentum recipientem per capturam perſonalem ad illud iuranti relaxandum cogere; nã veluti aſtringit laicũ ad obſeruantiam iuramenti, & non dicitur de re ſpirituali cognoſcere, ita etiam poterit illum ad relaxandum dictum iuramentũ coercere, & non dicetur de re ſpirituali cognoſcere, ita Fely. vbi ſupra n. 22. allegans Feder. de Senis. in conſ. 272. & Rom. ſing. 508. alias 498. incip. Vbi iuramentum eſt licitum: ſequitur Muſcatellus in praxi prædicta par. 4. gloſ. periurii, numer. 12.

26 Et vbi ſupra Felyn. pariter dixit, quod iudex laicus poteſt declarare iuramentum non tenere, vel non obligare, vel eſſe fictitium, & ſimulatum, & ita ſaluari inſolentia verba Baldi in l. prima, num. 7. C. de operis libert. qui etiam cap. primo §. item ſacramenta, de pace iuram. firman. dixit in hanc formam. Et ideo huiuſmodi iuramenta, & illicitas extorſiones boni Præſides faciunt per capturam perſonæ relaxari, & caſſari, & quod ita multoties obſeruari vidit. concordat. Anchar. in cap. canonum ſtatuta 11. quæſt. principali verſ. ſed quid dices, de conſtit. ſequuntur Abbas in cap. peruenit il primo num. 3. de iureiur. & in conſ. 8. nu. 4. & 5. lib. 2. Natta conſ. 167. & 166. num. 23. vbi dixit iudicem id facere poſſe nō modo ad partis inſtantiam; ſed ex officio

27 Subiungo tamen præmiſſa intelligi ſecundum ea, quæ dixit Gagliar. d. §. 4. num. 17. quod vbi cognitio ſpiritualiū contingit materiam iuris, tūc ſpectat ad iudicem Eccleſiaſticum, ſi verò factum, & tunc cognoſcet etiam laicus; & ex hoc proceſſit practica abſoluēdi ad finem agendi, & excipiendi tantum; nam id quod petitur contingit ius, & ſubſtantiam iuramenti, reſciſſio vero cum pendeat ex metu, vi, vel acto, qui in facto conſiſtit, per laicum adimpletur, vt hic, & infra rubr. Fuerit ab eo præuentus. eſt videre declares tu, vt cauſæ matrimoniales ſemper ſolius Epiſcopi examini, & iuriſdictioni relinquantur ca. 20. ſeſſ. 24. in Concil. Tridentino. Ex quibus idem Gagliardus intulit quod iudex laicus poſſet cognoſcere de iuramēto interpoſito ſuper contractu, qui ex ſtatuto exiſtente in aliquo loco ſine certa ſolemnitate, & forma non valeret: nam cum in eo deficiant ſolemnitates, non dicitur de iuramento conſtare, & propterea non cognoſcit tunc de viribus iuramenti atque ſubſtantia; ſed tantum de hoc facto; an conſtet, vel nō & hoc ex concl. 3. 4. Gabrielis; atque exemplificat, quando ſtatutum annullaret cōtractum ſine certa ſolemnitate factum, etiam quod haberet in ſe iuramentum, quo caſu ſi allegaretur inſtrumentum nullum, & iuramentum ſuper eo in-
28 terpoſitum ſimiliter nullum, pari modo ſæcularis compellere poteſt, vt iuramentum hoc relaxetur, & ſic ſuper eo cognoſcet, cum non agatur de virib. ipſius, pro vt in iure conſiſtit; ſed pro vt in facto an, requiſitis ſolemnitatibus non adhibitis interuenerit? idem vbi ſup. n. 19. ex Rolando à Valle conſ. 59. lib. 1. Ripa, & Felyn. vbi ſup.

Et

Et ex ijs forte deducta fuit d. Regia prag. prima ad Senat. Conſ. Velleianum, qua prohibitum eſt mulieres obligari pro alijs intercedentes etiam ſi renunciarint beneficio, & exceptioni dicti Senatus Conſulti, & Regiæ Pragmaticæ, adhibito iuramento, quod nullo pacto tenere, ſtatutum ibidem eſt tanquã præſtitum contra bonos mores
29 ciuiles, & naturales, & Scaglion ibidem num. 31. arguit, quod ſicut iuramentum poteſt ab homine, & parte relaxari, ita, & à Principe per Doctrin. Bald. in conſ. 132. vol. 3. Saly. in auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſus vendit, & Afflict. in d. Conſt. Conſtitutionem D. memoriæ, num. 35. & 36. atque etiam Regia Pragmatica, quæ eſt de filijsfamilias ad Sen. Cõſ. Macedon. vti non valeat obli-
30 gatio filiifamilias ſine conſenſu patris, etiam ſi per eum iuratum eſſet ſe patrem eſſe familias adeo quod nequidem de falſitate puniri poteſt, vt per aliã pragmaticam ſtatutum eſt 13. in ordine inter editas per Comitem Mirandæ, & ideo iudex laicus vigore prædictorum abſoluendo ab obſeruantia contractus in iis caſibus per indirectum à iuramento abſoluet: Verum quando abſolutio fiat à Papa, quando ab Epiſcopo, quando à iudice ſeculari, & quando à parte parti, & quando à ſe ſibi ipſi recurre ad Felyn. in cap. præterea à nu. 17. vſque ad finem, de ſponſal & in facti contingentia ad Alberi cum Oliuam, qui plura allegat in ritu 12. Archiepiſcop. Cur. Neapolitanæ.

31 Dico ex cauſa, quia cum iuramentum non debeat eſſe iniquitatis vinculum, vt habetur Eſaię cap. 58. ibi Diſſolue colligationes iniquitatis ea. quãto de iureiur. cap. inter cætera 22. q. 2. cap. etſi Chriſtus de iureiur. c. cum contingat verſ. firmando, & cap. mulieres, de de iureiur. in ſexto, & cap. 2. de pactis, eodem lib. 6. ibi ſi manтes, firmando, & firmatum.

32 Epiſcopus, vel alius ſuperior concedere debet abſolutionem ex cauſa vis, metus, deceptionis, lęſionis, ſimulationis, & ſimilium, & ſic proficit, quia ſi non proficit, vel profutura non eſt petenti, vt quia nõ fouet iuſtitiam in cauſa principali, cõcedi non debet, ita Roman. cõſ. 46. ſequuntur Felyn. & alij in d. cap. 1. num. 30. de iureiur. vel quando appareret pęr calumniam peti, vt in caſu pc ſito per Afflict. deciſ. 31. num. 2. (Sed hoc hodie à paucis aduertitur; at ſtatim conceduntur abſolutiones ad effectum agendi, &
33 excipiendi. Vel ſi petens abſolutionẽ alias fuiſſet periurus, vt quia interpellatus ad ſoluẽdum, vel faciendum quid, vel

terminus præfixus ad ſoluẽdũ,
vel conſignandũ eſſet elapſus,
vel & fortius ſi abſque abſolu-
tione proceſſiſſet ad aliquem
actum in iudicio contrauenien-
do contractui, & incurẽdo per-
iuriũ; ijs enim caſibus, quia le-
34 gem offendit, fruſtra eius au-
xilium implorabit ad iuramẽti
relaxationem. l. auxilium. ff. de
minor. dixit Federic. de Senis
conſ. 101. Abbas, & Felyn. in
d. c. 1. & c. debitores, de iureiu.
Alex. d. conſ. 222. & conſ. 17. lib.
3. vbi hanc comunem dicit eſſe
Doctorum opinionẽ Pariſ. conſ.
43 num. 16. conſ. 10. num. 94. &
54. n. 15. volu. 1. & alij relati per
Gagliar. vbi ſup. num. 33.

(Adde. Et deciſum refert Ca-
ualcanus deciſ. 9. p. 1. quam re-
fert Ricc. collect. 39.)

Et ſic abſolutio vti non pro-
futura concedi non debet; &
35 ideo inducta eſt practica in E-
piſcoporum Curijs concedendi
abſolutionem ad effectum agẽ-
di, & excipiendi, dũmodo alias
petens periurus non fuiſſet: at
cum periurium incurratur ali-
quando præcedente mora, & do-
lo. quandoque citra moram
& dolum ex ſola culpa: ſi periu-
rus petens abſolutionem à per-
iurio in precibus mentionẽ fa-
ciat, quod fuerit citra dolũ in-
curſum, vel ex aliqua iuſta cau-
ſa, tunc Eccleſiaſticus nõ ſtatim
abſolutionem concedet etiam
ad effectum agendi, & excipien-
di; ſed citata parte, quæ poteſt
contradicere, argum. l. de vno-
quoque ff. de ſent. & re iud. di-
xit Bald. conſ. 259. ad finẽ, vol. 2.
retulit Bald. in §. ſacramenta
puberũ, n. 19. in medio de pace
iuram. firm. in vſibus feud. vide-
tur ſenſiſſe ad Affl. Vrſil. in dec.
30. & 220. n. 14. & ſi conſtiterit
fuiſſe doloſè debitorem in id in
curſũ, nullatenus abſoluetur;
fruſtra enim, vt ſup. auxiliũ im-
plorabit, &c. & ita annotarunt
Doct. in l. ſi quis maior. C. de
tranſact. Cephal. cõſ. 265. lib. 1.
& citati per Gagliar. §. 1. n. 33.
36 Affl. dec. 30. & Viui. lib. 1. com.
opi. 2. n. 6. ſi vero citra dolũ ex
aliqua iuſta cauſa de qua Felyn.
in d. c. 1. n. 18. à medio, vſq; ad fi-
nẽ; iuncta aliquali pœnitentia
abſoluendus eſt ad finẽ agendi,
& excipiendi, vt per adden-
37 tes ad conſil. Alexand. 83. co-
lum. 5. ad. num. 7. ne aliàs pec-
catum peccato addatur, vt per
gloſ. in cap. ſi aliquis 22. quæ-
ſtio. 4. & per alia iura ita te-
nuit Muſcatellus in dict. gloſ.
periurij, num. 8.

(Adde. à quo decreto abſo-
lutionis interpoſito per Epiſc.
ſi appellaretur ad Papã, ꝙ ap-
pella. pẽdẽte poſſit iudex ſæcu-
laris, cũ quo actũ eſt, cũ hac ab
ſolutione in cauſa procedere ad
vlteriora, dixit in S. C. deciſum
D. de Fran. dec. 602. cũ dict. ap-
pellatio non ſuſpendat præ-
dictã ſententiã ab Epiſc. latã.)

38 Hic

38 Hic autem aduertendum eſt, quod ſola libelli, vel ſupplicationis oblatio, & præſentatio non facit, quem eſſe periurium circa contractum, contra quem non venire promiſit, niſi cauſam vlterius proſequatur, vt docuit Annius ſingul. 362. & allegat. 83. num. 7. & ideò poſt illius præſentationem per viam præuentionis agendo, poterit abſolutionem ad finem agendi, & excipiendi impetrare, nec periurus dicetur, ita Viuius lib. 1. comm. opin. 425. nu. 9.

39 Sic etiam quando eſſet facta obreptio, ideſt narrata falſitas, vel ſubreptio, ideſt tacita veritas, ſeù perplexè, & confusè expoſita, concedi non debet abſolutio, & Iudex concedens illam petenti non benefacit, ſi poteſt præſcire, quod aliàs impetranti non proficiet l. & ſi legibus conſentaneum C. ſi contra ius, vel publicam vtilitatem, & in cap. ſuper literis de reſcript. atque de huiuſmodi ſubreptione, & obreptione Iudicem etiã laicum cognoſcere poſſe firmauit Sac. Conſ. teſte Afflict. in deciſ. 220. nu. 9. & deciſ. 20. ante eum dixit Marſil. ſingul. 363. ſequitur Gagliard. §. 4. num. 49. Muſcatel. par. 4 dicta gloſ. periurij num. 11. & Viuius d. commun. opin. 2. nu. 4. & 5. vbi quoque intulit obreptionem vitiare reſcriptum, & abſolutionem ipſo iure: ſubreptionem verò ope exceptionis, pręter alios ex Capyc. in deciſ. 32. nu. 12. Gozzadin. conſ. 26. num. 21. & Crauett. conſ. 68. nu. 5. & conſ. 296.

40 & ideò Eccleſiaſtici conſideratè, non feſtinãter, & nimis properè concedant abſolutionem, maximè ad effectum reſcindendi, aliàs non benè facerent, & taliter conceſſa abſolutio non valeret, neque iuuaret, ita Soccin. vbi ſupra conſ. 59. refert Vrſill. ad Afflict. dicta deciſ. 220. nu. 3. Gagliard. §. 2. nu. 65. & 66. vbi damnat contrarium vſum Curiarum Epiſcopalium, in quibus conceduntur per ſolum Actuarium, vt conſultor recipiat tantum ius decreti, & illud ſubſcribat.

41 Dico vltimo loco in definitione, vt quis agat, excipiat, vel contractum diſſoluat. Quia is eſt effectus abſolutionis, vt impeditum mediante iuramento ad agendum, excipiendumque habilitet contra inſtrumẽtum, & pacta, & ad illa diſſoluendum aptum quoque reddat adeo quidem, quod ſi abſolutus

42 eſt quis ad agendum, &c. & ab ea abſolutione appellatum fuerit, non per hoc abſolutus ab agendo repelletur: cum enim agatur de animæ vinculo, vt re-

43 maneat ſoluta, ea minori tempore quo fieri poteſt ligata, cum peccata, quo diutiùs infelicem animam detinent alligatam, eò ſint grauiora cap. final.

de

de conſuet. appellatio, neque ſuſpendet, neque extinguet iudicatum, ita Felyn. in rubr. de appellat. ex Angelo in l. furti ff. de ijs, qui notant. infam. Vrſill. ad Afflict. decis. 188. obſeruat. num. 6. & 7. dixit obtinuiſſe in facto refert; ſequiturque Gagliard. §. 3. num. 33. Hoc autem non eſt prętermittendum, quod ſi petitur, & concedi vult abſolutio ad effectum reſcinden-
44 di, & diſſoluendi contractum; tunc, quia plenaria dicitur abſolutio, requiritur partis, cuius intereſt, ita petens à contractus obſeruantia non abſoluatur, citatio. Doctores communiter in d. cap. cum contingat de iureiurand. vbi quoque Alciatus, Viuius d. commun. opin. 2. num. 3. & bifariam idipſum practicatum legi, coram Ecclesiaſtico Iudice, & rarò: & coram Iudice ſæculari, & frequenter. Coram Eccleſiaſtico, quando quis promiſſo aliquo Titio mediante publico inſtrumento, vel obligatione penes acta, agit contra illud, vel illam veluti vſurariam, aut ſimoniacã, & ob id petat plenam abſolutionem, ideſt habilitationem, & contractus reſciſſionem; tunc enim nulli dubium, quod Eccleſiaſticus Iudex ex diſpoſitione text. in l. ordinarij C.
45 de rei vendicat. quod qui eſt Iudex cauſæ præparantis, dicitur etiam Iudex cauſæ præparatæ, ratione iuramenti etiam de cauſa in inſtrumento contenta cognoſcet, ſecundum annotata à Bald. in d. l. 2. notab. & ideò partem citari faciet, quæ ſiue ſe defendat, ſiuè non aduerſus oppoſita, ſi conſtiterit de vſura, vel ſimonia, abſoluet obligatum mediante ſententia ab obſeruantia iuramenti, & contractus, inhibendo etiam Iudici ſæculari ſub pœna excommunicationis, ne inſtrumentum illud, vel obligationem exequatur, qui Iudex parere tenebitur, ita Grauin. par. 5. declarat. 18. Frecc. par. 9. q. 13. Grammat. in addit. ad Afflict. deciſ. 30. & conſ. ciuili 88. & 95. & Vrſill. ad Afflict. deciſ. 31. num. 5. Eſt tamen verum, quod ſi ageretur de re merè prophana, vt quia adſit in contractu læſio, vis, dolus, metus, vel aliud quid, ſuper qua Eccleſiaſticus non haberet iuriſdictionem, tunc præmiſſa Baldi doctrina non practicaretur; & Regij Officiales non permitterent agi coram Epiſcopo, ita Gagliard. §. 4. num. 46. ideoque rarò coram Eccleſiaſtico præuentio practicatur, & quando practicaretur, citatio debet fie-
46 ri antequam dies ſolutionis, vel conſignationis faciẽdæ adueniat ſaltim per dies viginti, aliàs citatio ipſa, & alia inde ſecuta ſuum effectum non operabuntur, ita Afflict. d. deciſ. 31. in

in Sac. Conſ. deciſum fuiſſe refert,& licet videatur loqui in Archiepiſcopatu, & Diœceſi Neapolitana, tamen in omnibus Curijs Eccleſiaſticis ſeruari deberet ex rationibus, de quibus per ipſum.

Et de huius practicæ obſeruãtia in Archiepiſcopatu Neapolitano teſtatur Alber. Oliua in dictæ Curiæ Archiepiſcop. ritu 12. num. 10. deducitur autem ex doctrina Doctorum, quos Gagliard. retulit dicto §. 1. ad finem, & in dicto cap. debitores de iureiurand. dicentium non debere concedi abſolutionem hanc plenariam, quãdo tempus ita inſtaret, vt dum petitur, & obtineri ſeparatur abſolutio, in eo temporis interuallo periurium ex petentis culpa incurreretur.

Coram laico practicatur per viam præuentionis, de qua cum ſatis ſuperque infra rubrica prima locuturi ſimus, & in rubrica atque in ijs diſcut. except. oppoſitæ, ideò hic conticeſcam.

Si verò (vt ad principale inſtitutum redeamus) petitur ad effectum agendi, & excipiendi, id eſt, vt quis non obſtante iuramento agere, excipere, ac de iure ſuo (id quod frequentius fit ſecundum Vrſill. ad Afflict. dicta deciſ. 31. nu. 3. & Aymon. conſ. 7. num. 7.) docere poſſit; tunc quia non dicitur plenaria abſolutio; ſed potius
47 à iuramento habilitatio parte non citata, & inuita, quia ei nõ fit præiudicium, concedi regulariter poteſt, ita Io. Andr. in addit. ad Speculat. in tit. de iureiurand. verſ. vbi autem iuraſſet, Caſtrenſ. conſ. 216. incipien. circa primum quæſitum, Ant. de Prato veteri inter conſ. Alexand. conſ. 49. volum. 4. Alexand. conſ. 222. & 53. volum. 2. Felyn. in cap. 1. de iureiurand. & eſt magis communis opinio referente Afflict. dicta deciſ. 210. num. 10. & Vrſill. ad eum in fine approbata, & munita alijs authoritatibus adductis per Gagliard. qui ita quaſi in toto Regno Neapolitano, & Curijs Epiſcoporum ſeruari vidiſſe retulit §. 1. num. 3. & num. 44. tenueruntque alij relati per Viuium dicta opinione communi 2. nu. 2.

(Adde. Quibus adde ita fuiſſe deciſum Venetijs, vt per Thomam Triuiſanum deciſ. 64. par. 1. Ioſeph. Ludouic. deciſ. 18. Caccheran. deciſ. 125. & Gratum in Rota March. deciſ. 265. quos refert Riccius collectan. 39.)

48 Repletur autem, & plenaria fit huiuſmodi abſolutio, vt reſcindat contractum factis probationibus, vt ſupra (quicquid per Rotam Bononienſem concluſum fuerit in deciſ. Benintendi 14.) abſque alia abſolutione

tione ſecundum Afflict. deciſ. 322. nu. 12. Aymon. dicto conſ. 7 num. 7. Guid. Pap. deciſ. 226. vbi videntur dicere, quod interim donec probationes fiunt, iuramentum ſuſpenditur, & ſi obtinens abſolutionem, ſiue habilitationem, ſuam probauerit intentionem, contractus reſcinditur, & iuramentum tollitur, ſi verò non probauerit, cõtractus firmus, & iuramentum in ſuo remanet robore, per allegata à Muſcatello in dicta praxi gloſ. periurij nu. 14. & à Gagliardo ſ. 3. num. 35. cum ſeq. qui refert Couarr. lib. 1. variar. reſolut. cap. 4. num. 6. verſ. è contrario autem; & intellige, vt per Vrſill. ad Afflict. dicta deciſ. 322. num. 12. procedere, quando contractus valeret ex ſe ſine iuramento, & à lege improbatus non eſſet; ſed vi, metu, vel dolo factus: ſecus

49 ſi ſolo iuramento ſuſtineretur, vt eſt in caſibus notatis in authent. ſacramenta puberum C. ſi aduerſus vendition. eatur, vt quando fuiſſet facta alienatio rei ſtabilis minoris abſque conſenſu curatoris, vel decreto Curiæ, aut alienatio rei dotalis, vel iurium dotalium, de qua in cap. cum contingat de iureiurand. vel in renunciatione filiæ de non habendo ad paternam hæreditatẽ recurſum, de qua in l pactum dotale C. de collation. & cap. licet de pactis in ſexto, & alijs notatis per Euerard. in centuria argument. de vi, & energia iuramenti in tertio effectu per totum, atque in dicta deciſ. Afflict. 322. tunc enim obtenta abſolutione ad effectum agendi, & excipiendi contractus tanquam à iure improbatus reſtaret in ſe inualidus, vt per Marſill. ſingul. 529. Soccin. conſ. 115. num. 12. Vrſill. ad Afflict. dicta deciſione nu. 12. & Muſcatell. vbi ſupra, Reſciſſus autem abſque alia declaratione ſemper effectualiter non dicetur, niſi quando abſolutus poſſidet, vel ſoluturus eſt aliquid, vt ſi facta eſt alienatio per minorem abſque ſolemnibus alicuius annui redditus ſuper bonis ſuis, vel abſque curatore ſe ſe obligaſſet alicui centum ſoluere, vel mulier conſenſit obligationi rerum dotalium, vel venditioni annui redditus ſuper ipſis, tunc obtenta abſolutione ad finem agendi, & excipiendi contractus, vti inualidus nullum operabitur effectum; vnde ſi emptor, vel creditor conueniret obligatos ſuper debiti conſecutione, excipient non teneri, quia promiſſio, & actus contra legem, & ſi dicatur, quod iuramento fuit firmatus, de abſolutione replicabunt, & ſic obtinebunt: quod ſi non poſſideret abſolutus, tunc aliqualis cauſæ cognitio erit neceſſaria, & ab-

ſolutio

Digitized by Google

50 ſolutio ab impetitis. Aduertendum tamen eſt hic, quod antequam abſolutus ad effectum agendi agat, oportet eum reſtituere accepta, & adimplere adimplenda, quoties vigore contractus, contra quem prætendit agere, & excipere, aliquid acceperit aliàs non audiretur, ita Affli. dicta deciſ. 220. num. 4. per Sac. Conſ. deciſum fuiſſe dixit, & Vrſillus ad eum retulit idem Sac. Conſ. in cauſa Ioannis Laurentij de Anſa in anno 1562. idem decreuiſſe, vt idem reſtitueret ducatos ducentos habitos ex tranſactione quietationis tutelæ ab hæredibus tutorum priuſquam audiretur.

51 Cautius tamen eſſe putarem ſi contrahentes pacto expreſsè adiecto ſibi cauerent, vt non audiatur contraueniens, niſi facta actuali reſtitutione, rato manente pacto, & hæc ex ſingulari Ioannis Vincent. de Anna 540. vbi dixit in caſu ſimili citra pactum hoc per Sac. Conſil. fuiſſe decretum in cauſa fore ad vlteriora procedendum reſtitutione non facta, quod & nos notauimus in noſtra praxi tutelari par. 3. rubrica vltima num. 17.

Dixi, quod abſolutio ad effectum agendi, & excipiendi poteſt concedi non citata parte regulariter ſupra nu. 47. nam fallit in aliquibus caſibus, &

52 Primò quoties fuiſſet incurſum periurium per partem petentem illam ſecundum præmiſſa ſupra num. 33. cum pluribus ſeqq.

Secundo limitatur in Ciuitate Caietæ, vbi abſolutio ad effectum agendi, niſi citata parte, non conceditur, & ideò porrecto memoriali Antiſtiti, fit decretum, quod capiatur informatio de expoſitis, fit citatio teſtium, & partis aduerſæ, quæ dato termino admittitur ad probãdum cauſas propter quas abſolutio concedi non debet, & ſic ad faciendum omnia, quæ apta ſunt oſtendere iura ſua, ita Gagliard. dicto §. 1. num. 5. omninò in ea Curia videndus eſt in practica, vti ciuis, & inſtructus; is enim num. 10. vſque ad 21. ſublimitabat hæc eadem.

Primò non procedere, quando eſſet enormiſſima læſio, & pars læſa de ea in promptu doceret.

53 Secundo quando immineret neceſſitas, & non eſſet periculum allatura, vt quia citando partem, quæ eſſet in regionibus longinquis, vel vagaretur, ita quod neſciretur, vbi eſſet, tempus elaberetur: ita idem nu. 22. cum ſequ. vbi hanc limitationem tertio ſublimitat, quando iuramentum eſſet notoriè illicitum tàm ex parte recipientis, quàm iurantis nu. 25. & 26.

videto

videto ipſum, quando expedierit; & hæc breuiter de abſolutione à iuramento, quo ad materiam noſtræ tractationis dicta ſint. Io. Paul. Galt. V.I.D.

## Fuerit ab eo præuentus. Rubr. II.

### SVMMARIVM.

1 *Præuentio quid.*

2 *Præuentionis cauſa pendente debitor per creditorem via executiua conueniri non poteſt.*

3 *Debitor præueniens, quæ teneatur adimplere, & num. 10.*

4 *Citatio ſuper præuentione quanto tempore debeat creditoris citationem ſuper tenore inſtrumenti præcedere, & nu. 5.*

6 *Nullus debitor, vt plurimum ſoluit ante tempus integrum debitum.*

7 *Horarum conſideratio iuuat in præuentione ſub cautela.*

8 *Debitor præueniens, actor, & creditor præuentus, reus dicitur.*

9 *Publicationis effectus.*

11 *Satisfactionis verbum ad quid ſe extendat.*

12 *Tempore liberatus ſimilis eſt ſatisfacienti.*

13 *Præueniens adeò ſatiſdare tenetur, vt id procedat etiam creditore non petente.*

14 *Fideiuſſio in præuentione eſt de forma, cui renunciari non poteſt.*

15 *Dictio niſi, conditionem actus ſuſpenſiuam importat.*

16 *Conditione non impleta non eſt nata, neque actio, neque obligatio.*

17 *Præueniens tenetur ad fideiuſſionem etiam ſi ſit facultatibus idoneus, vel petat ad iuratoriam cautionem admitti.*

18 *Practica ſeruanda quando præueniens non habet fideiuſſorem in loco iudicij.*

19 *Fideiuſſionis præſtatio in materia præuentionis eſt de præparamentis iudicij.*

20 *Præuentio per principalem intentata an & quando fideiuſſores iuuet?*

21 *Præuentio interrogationem, & liquidationem impedit non etiam citationem ſuper teno-*

*tenore: vnde præueniens citatus debet de præuentione excipere.*

22 *Citatus quilibet comparere tenetur, & ſuas exceptiones opponere.*

23 *Debitor in cauſa præuentionis ſuccumbens in prima inſtantia, appellans non auditur niſi in vinculis, vel facto depoſito.*

24 *Præuentio non inducitur per citationẽ ſuper libello præuentionis præſentando.*

25 *Præuentionis beneficio debet expreſsè renunciari, & pactum ſuper dicta renunciatione validum eſt num. 26. vbi in hoc caſu quid operetur abſolutio à iuramento.*

27 *Si pacto renũciatum eſt præuentioni, quid agendum ne in vinculis cauſam dicat præueniens.*

28 *Præuentio à Iudice facta liquidationem non impedit & vide practicam.*

Sequitur modo præuentionis materia, in qua ſcias, quod præuentio, quo ad materiam ritus ſecundum nos ita deſcribi poteſt, vt ſit remediũ, quo debitori contra creditorem ſubuenitur ad liquidatio-
1 nem impediendam ex capite nullitatis inſtrumenti, vel ſatisfactionis ſub quibuſdam requiſitis.

2 Dixi quo ſubuenitur ad liquidat. imped. nam præuentionis cauſa pendente non poterit aliquo pacto conueniri per creditorem, ita vt contra eum liquidatio fiat; ita diſponitur per ritum 268. §. nota habetur per Frecc. par. 8. q. 3. ſatis latè per totum, Grauin. par. 4. declar. 19. & Carau. d. ritu 2. notab. nu. 1.

Dixi, ex capite nullitatis, vel ſatisfactionis: nam debitor, qui quicquam alicui promiſit ad certam diem mediante iuramento vno, vel pluribus appoſitis in inſtrumento, in quo profeſſus eſt omnia, & ſingula in eo cõtenta eſſe vera, & promiſit in aliquo non contrauenire, vel facere; ſed habere rata, grata, & firma, & habet aliquam exceptionem nullitatis, vel inualiditatis inſtrumenti, vel etiam ſatisfecit per ſe, vel alium pro ſumma in eo contenta in totum, vel in partem ipſi creditori, de qua ſatisfactione non habet fortè inſtrumẽtum, vel apocham de iure validam, vel aliam quietationem, poteſt creditorem ipſum præuenire, ac abſolutione à iuramẽto impetrata ad finem agendi, & excipiendi, vt ſupra rubr. præcedenti

denti dictum eſt, citari facere, vt inſtrumentum conficiat de recepto, crediti inſtrumentum caſſet, illudque pro caſſo, & irrito tradat, ex quo inualidum, vel quia ſatisfecit, vt in ritu 186. 189. & 190.

3 Dixi, ſub quibuſdam requiſitis. Dicas tu introductis à Regia Pragmatica prima ſub titulo de præuentione moderanda, & ritu 186. ad obuiandum malitijs litigantium, & debitorum, qui non habentes commoditatem ſoluendi, vel conſignādi, vt plurimum hanc exceptionem, ſiue remedium, & actionem malitioſè intentabant.

4 Item ſub quibuſdam requiſitis, dicas tu duobus, &

Primum requiſitum eſt de iure rituum, & ſic ante Pragmaticam, ſcilicet quod iſthæc citatio ſuper præuentione pręcedat per vnum diem citationēm creditoris ſuper tenore inſtrumenti, ideoque ſi eodem die ſit præuentio per debitorem, & citatio per creditorem ſuper tenore inſtrumenti, vel incuſatio obligationis non iuuat, neque liquidationem, & executionem impedit, & hoc nulla horarum diei habita ratione, ita ritus Magnæ Curiæ 186. Affict. deciſ. 387. ſequiturque Robert. conſid. 4. nu. 58.

(Adde. Quam deciſionem Affict. 387. Riccius eruditus, & alias oculatus vir in ſua collectan. 460. citauit pro parte affirmatiua, nempe impedire liquidationem inſtrumenti; ſed fortè proceſſit ex errore inſcribendo.)

5 Eſt tamen verum, quod Grauin. vbi ſupra num. 121. dixit, quod ſi eodem die fuit expedita citatio ſuper præuentione, & ſuper tenore inſtrumenti, & in actis conſtat de prioritate horarum, quodque per horam præceſſit præuentionis citatio, adhuc impedietur inſtrumenti executio, & hoc, quia ceſſat ratio ritus, qui horas reſpuit ne debitor calumnioſè agendo ad illas probandum dilationem petat, cum præſertim de iure comuni horarum conſideratio in multis fiat. Contra verò inſurgit Carauit. dicto rit. 186. ex ritu prædicto clarè loquente ibi ante, vel poſt eadem die, & quia horarum conſideratio fit de iure comuni, non in materia ritus noſtri aliter volentis, cui ſtandum l. proſpexit ff. qui, & quibus. Ego autem, vt quid ea in re ſentiam, fatear dico, quod niſi de horis conſideratio habeatur, præuentio, vt plurimum de vento ſeruiet, & fruſtra eius remedium implorabitur, ac intentabitur; nam citatus creditor ſuper pręuentione, eadem die citari faciet ſemper debitorém præuenientem ſuper tenore inſtrumētali, & ſic ipſum per dictum

ritum

ritum excludet . Nec placet Carau.conſideratio, vbi ſupra in fin.n.2.quòd euitare hoc abſurdũ,ne eluſoria ſit prçuentio eſt in poteſtate debitoris prçuenientis, cum is ſi veram habeat præueniendi cauſam, creditorem antequam ſoluendi tẽpus adueniat,præuenire poſſit: nam conſideratio,quod imò nõ ſit in poteſtate debitoris, cum
6 cauſa præuentionis ex ſatisfactione proueniens ſemper poſt tẽpus ſolutionis cõtingat, cum nullus debitor (vt docet experientia) ante tempus ſoluendi integrè ſoluat,habetur per Caſſador. deciſ.4. tit.de locat. nec obſtat,quod lex aptetur ad ea, quæ frequentius accidũt l.nam ad ea ff.de legib. Et cauſa præuentionis ex capite nullitatis, vt plurimum ante tempus ſoluendi oriri ſoleat:nam reſpondeo, quod imò frequentius accidant cauſæ præuentionis ex ſatisfactione, & ſolutione factis, quæ poſt tempus ſolutionis faciendæ conſiderantur,quã ex alio capite nullitatis,vel alterius inualiditatis, quæ etiam à principio inſtrumenti ſunt in conſideratione, idque completo ex ipſiuſmet fundamento: nam ſi lex aptatur ad ea, quæ frequentius accidunt, & de præuentione ex cauſa ſatisfactionis,& ſolutionis locuti ſunt ritus 189. & 190. necnon dicta Regia Pragmatica prima de præuent.moderand. at de præuentione ex cauſa aliorum capitum ſolus ritus 190. ad quid tot ritus, & pragmatica, niſi quia præuentio ex cauſa ſatiſfactionis, & ſolutionis frequentius, quam ex cauſa aliorum capitum ſolet contingere? vn-
7 de ad euitandum hæc ego do cautelam, vt præuenire volens præſentet libellum præuentionis hodie,& faciat expediri citationem, eam tamen intimari curet creditori non eodem, ſed ſequenti die, & ſic ſibi proſpicere poterit,aliàs ſibi imputet.

8 Quoniam verò in præuentione debitor dicitur actor, & creditor dicitur reus, vt per Carau.d.rit.190.& actor debet ſequi forum rei l.2. C. de iuriſdict.omn. iudic. & cap. cum ſit generale de foro competenti, ideò ſequitur, quod citatio ſit expedienda coram Iudice loci, vnde creditor eſt, & ſi præuentus eſt clericus expediatur à Iudice Eccleſiaſtico ordinario; ita dictus rit. 190. & relati per Afflict. deciſ. 268. & coram eo adimplebuntur adimplenda, vt infra. (Adde. Sequitur de Frãch.deciſ.657.num.4.) qui ritus licet diſponat Iudicem prçuentionis eſſe ſolam Magnam Curiam, quod tamen non ſeruetur quo ad hoc,& ſic poſſit in omnibus Curijs Regni præuentio fieri,dixit ibi Carauit.nu.1.



Digitized by Google

bum generale eſt, & debet intelligi, de omni ea, per quam obligatio debitoris extinguitur l. ſolutionis, & l. ſatisfactio ff. de ſolution. Cauenſ. in d. ritu 189. nu. 6. & ſeq. & in d. pragm. nu. 7. qui vlterius vtrobique dixit, quod ſi præueniens probauit illud, ob quod eſſet liberatus ipſo iure, vel ope exceptionis, de quo inſtitut. quib. mod. toll. oblig. per totum titulum, vt ſi debitor probaret ſoluiſſe creditori ſui creditoris, ſecundum Alex. ad Bart. in l. ſolutam ff. de ſolution. text. in l. ſi opera ff. de doli mali except. & ea, quæ nos diximus ſupra rubric. aduertat ad debitorem nu. 45. vel feciſſe aliud in caſibus notatis per Bart. & Alex. in l. non ſolum §. fin. ff. ſolut. matrimon. obtineret, ſicut debitor ipſe obtinebit, quoties eſſet tempore ab obligatione liberatus: nam
12 qui tempore liberatur ſimilis eſt ſatisfacienti, lege ſi pupillus in fine, vbi qui tempore liberatus non ſimilis ei, qui nihil habet, ſed ei, qui ſatisfecit ff. de admin. tutor. idem intellige in confeſſata ſolutione, ſecundum Bald. in l. ſi non ſortem §. indebitum col. 2. ff. de condict. indeb. Dec. in l. 2. §. fin. nu. 10. ff. ſi cert. petat. Tiraquell. de vtroq. retract. tit. 1. §. 1. gloſ. 18. nu. 83. refert Grauin. par. 5. declar. 10. nu. 12.

(Adde. Et quod ex qualibet cauſa poſſit præuẽtio fieri, præſertim ex cauſa compenſationis, etiam reluctantibus creditoribus deciſum affirmant Viuius deciſ. 203.)

13 Hoc autem requiſitum eſt adeò neceſſarium, vt amplietur multis modis; & primò, vt procedat etiam ſi nõ fuerit per partem, & ſic per creditorem petitum, ita (quicquid dixerit Cauenſ. in d. pragm. nu. 4. & diſtinxerit Grauin. par. 4. declar. 19.) tenuit Frece. par. 9. q. 3. nu. 25. Robert. conſider. 4. nu. 59. &
14 Carauit. dicto ritu 189. nu. 7. & ratio ea videtur eſſe, quia fideiuſſio eſt de forma præuentionis, cui non poteſt renunciari Bald. in l. prima num. . . . C. qui admitti, & Barb. in cap. ſuper literis num. 69. de reſcriptis, & quia dictio, niſi, de qua in pra-
15 gmatica importat cõditionem actus ſuſpenſiuam, teſte Bartol. vbi omnes etiam in l. 2. nu. . . .
16 verſ. tertio quæro ff. de condit. & demonſtrat. adeò quod conditione non impleta non eſt nata, neque actio, neque obligatio, Doctor. in l. cedere diem ff. de action. & obligat. & in praxi ſeruandum eſſet, & ſibi fuiſſe per Regentem Salernitanum reſponſum retulit, vbi ſupra, Carauit. & ante eum id quoque tenuit Albericus Oliua in ritu Archiepiſc. Cur. Neap. 27. nu. 7. ſecutus eſt Muſcatell. in praxi par. 3. gloſ. expenſis nu.

37. vnde ſi aliter factum fuerit acta erunt nulla, Frecc. par. 9. q. 3. nu. 11.

17 Secundo ampliatur, vt debitor cogatur dare fideiuſſorem, etiam ſi eſſet aliàs idoneus facultatibus, ita Doctor. allegati per Frecc. dicta par. 9. q. 5. nu. 5. & 6. & (quicquid ipſe ibidem concluſerit nu. 7.) tenuit Grauin. par. 4. declar. 19. & Carau. vbi ſupra.

Tertio, & vltimo, vt etiam ſi non inueniat in loco, vel alibi fideiuſſores, non admittatur, (vt aliàs admittitur ille, qui non habet) ad iuratoriam cautionem, ita Frecc. videtur concludere in d. par. 9. q. 6. Eſt

18 tamen verum, quod ſi debitor præueniens non habet fideiuſſores in loco iuditij, in quo diſcutitur præuentio, poteſt impetrare à Iudice præuentionis, vt committat Officiali eius loci, vbi degunt fideiuſſores, qui illos idoneos eius nomine recipiat, fideiuſſionemq; ad locum iuditij tranſmittat; id autem debet fieri antequam citetur creditor ſuper præuentione,

19 cum enim ea fideiuſſio ſit præparamentum iuditij ipſius præuentionis, non poſſet poſtea extra iuditij locum præſtari, Afflict. deciſ. 137. Robert. conſid. 4. nu. 59. & Frecc. par. 9. q. 4. circa quod aduertat debitor, vt bene vtatur, & creditor, vt excipiat. Limita verò hoc requiſitũ non teneri ſeruare laicum, vel clericum debitorem præuenientem alium clericum creditorẽ, cum enim fideiuſſionis præſtatio reſpiciat præparatoria iuditiorum, ſeruandum erit, quod ſeruari ſolet in foro Eccleſiaſtico, cuius Iudex nõ ſubeſt Regi, & conſequenter Regia pragmatica non ligatur, ita Frecc. par. 9. q. 16. in fine, ex qua ratione limitatur id quod diximus de remiſſione fideiuſſionis ad domicilium non procedere, quando debitor, & creditor non ſubſunt eidem Regi: hinc ſi Romanus, vel Francus debitores præuenerint Neapoli creditorem, ac offerant præſtare fideiuſſores Romæ, vel Pariſijs, non audiẽtur, ita per multa Muſcatell. in praxi ciuili d. par. 3. gloſ. expenſis nu. 55. Concluſionem verò firmatam in principio rubricæ circa primam definitio-

20 nis particulam, amplia procedere in fauorem fideiuſſoris in ſolidum cum principali debitore obligati, vt pendente cauſa præuentionis factæ per principalem debitorem, adueniente iam die, ſi is fideiuſſor per creditorem citaretur ſuper tenore inſtrumenti, poſſit de præuentione iam facta per ſuum principalem excipere, & liquidationem impedire, ita Bart. in l. ex duobus ff. de duob. reis circa fin. Bald. in l. tam mandatori nu. 28. verſ. nunquid C. de non

numerata

numerata pecunia, per quæ iura dixit Muſcatel. in praxi fideiuſſ. 2. par. q. 8. nu. 27. cum declaratione tamen, vt cauſa expreſſa in præuentione intentata per debitorem principalem ſit reſciſſoria obligationis reſpectu vtriuſque alias ſecus, cum declaratione quoque, vt ipſe fideiuſſor perſonaliter cōpareat, ſecus per procuratorē, hoc enim caſu liquidatio fieret contra eum, ita idem vbi ſupra nu. 11. dicit in Sac. Conſ. fuiſſe deciſum.

21 Quod adeò verum eſt, vt neque principalis debitor iam præueniens admittatur ad opponendum præuentionem factam in fauorē fideiuſſoris, vt deciſum quoque refert nu. 17.

22 Eandem concluſionem limita, & primò non procedere in debitore, qui præuentionem feciſſet, & citatus ſuper tenore à creditore non compareret, & de præuentione non exciperet: præuentio enim eum interrogationem, ſeu liquidationem impediat inſtrumenti, non citationem, ſecundum Carau. dicto ritu 189. num. 3. ſequitur, quod ſi non comparet, contumax reputari, condemnari, & contra ipſum executio fieri poteſt, dato quod rei veritate creditorem præueniſſet; tum quia ritus non prohibet procedi ad reputandum, & condemnandum contumacem; tùm

23 etiam quilibet citatus tenetur comparere, & ſuas exceptiones allegare l. ſi quis ex aliena ff. de iuditijs, idque per prædicta ampliat. Carauit. in d. rit. 168. nu. 1. procedere, etiam ſi in eodem tribunali fuiſſet facta pręuentio, quia Iudici de ea debet liquere facta allegatione per citatum.

24 Secundo limita non procedere in cauſa appellationis factæ à ſententia lata ſuper præuentione contra debitorem: tunc enim, quia cautio præſtita de ſoluēdo debitum, & pęnam; de qua dictum eſt, ſuper qua fundabatur iuditium præuentionis, fuit ſopita per ſententiam latam in prima inſtantia, nec durat in ſecunda appellationis inſtantia, vt in l. cū apud ff. iudicat. ſolui, ſuperſedendum dicta appellatione pendēte non erit, argum. etiam text. in l. creditor ff. mandati, vnde finita cauſa præuentionis, iuditium obligationis, ſiue inſtrumenti liquidat. reaſſumet naturam ſuam executiuam, ac in cauſa appellationis debitor appellās non audietur niſi in vinculis, vel facto depoſito, ita Muſcatell. in praxi fideiuſſor. 2. par. q. 8. nu. 29. & 30.

25 Tertio limita in debitore, qui citationem creditori expediri feciſſet ſuper libello, vt ſcilicet creditor veniat recepturus libellum porrigendum con

tra ipſum ſuper præuentione, eo enim caſu præuentio non inducitur, quia hæc citatio vti generalis, & non ſpecifica non obſtat, & ſi creditor taliter citatus citari faceret debitorem ſuper tenore inſtrumenti, non impediretur aliquo modo liquidatio, ita Afflict. in deciſ. 294. vbi Vrſill. & Cauen. ſuper dicta pragm. nu. 3.

26 Quarto limita quando fuiſſet expreſsè renunciatum beneficio præuentionis cum iuramento, ſecus ſi genericè, vt ſi eſſet renunciatum omni legum auxilio cum cæteris clauſulis apponi ſolitis, ratio autem dicitur eſſe, quia ex generali prouiſione non intelligitur derogari ei, quod competit beneficio ſtatuti particularis, niſi fiat ſpecifica mentio, ita Bart. in l. prima §. & parui num.... ff. quod vi, aut clam, Dec. conſil. 195. & Frecc. part. 9. quæſt.

27 15. per totam. Et quod pactum per quod renunciatur præuentioni valeat, idem par. 9. quæſt. 1. ſequitur Carauit. dicto ritu 168. num. 1. vbi dicebat, quod hoc caſu abſolutio à iuramento operabitur, vt in cauſa præuentionis debitor agens non ſit periurus, non autem, vt tollatur renunciatio præuentionis per pactum promiſſa, qua firma remanente procedetur ad liquidationem inſtrumenti non obſtante abſolutione à iuramento pręſtito ſuper renunciatione prædicta, qua liquidatione facta, debitor in vinculis, quæ per viam præuentionis intendebat, allegare, & probare non prohibebitur, ita etiam citra pactum exiſtente ſola ſpecifica renunciatione præuẽtionis, dixit in Sac. Conſ. deci-

28 ſum D. de Franch. deciſ. 670. de anno 1598. & ideò tu debitor hoc caſu ad euitandum carceres præuenias ante quam dies ſolutionis, vel conſignationis adueniat per tantum temporis ſpatium, infra quod probare poſſis, quod intendis, & publicationem fieri facere, vel ſi te aſtringis ad tempus liquidationis habeas teſtes prōpeuarios, & alias probationes liquidas iuxta ea, quæ dicemus infra rubr. atque in ijs diſcur. exceptiones num.... & intelligere videtur id Frecc. part. 9. quæſt. 7. num. 8. & 41. vſque in finem, vbi dixit, quod hoc caſu bonum eſſet Iudicem habere beneuolum.

29 Quinto, & vltimo limita in Iudice præueniente, qui ſi mandaſſet debitori alicuius, ne ſoluat ſuo creditori, & hic citari facit debitorem, atque ille excipiat de præuentione per Iudicem facta; ſic etiam in debitore præuento à tertio pretendente ſibi debere nomen debitoris adiudicari, qui inde citaretur à ſuo creditore debitore

tertij

tertij præuenientis: nam ijs caſibus procedetur ad liquidationem, verum ad periurium, & pęnā non tenebuntur, ita Frec. par.9.q.12.num.19. & q.10. eadem parte: qui vtrobique dicebat pecuniam tunc in promptu per debitorem erogatam in vltimo peremptorio per Iudicē creditori non liberarij, neque ad ſoluendum cogi poſſe debitorem conuentum à tertio creditore creditoris ſui petente ſibi illud nomen adiudicari, niſi præſtita cautione de ſeruando eum indemnem aduerſus Iudicem mandantem, vel alium creditorem, qui ſibi liberari eā debere prætenderet, iuxta l. ſi is à quo ff. de petit. hæred. & eſt bonus text. à ſimili in l. penult. cum auth. ibi poſita C. depoſiti, & ita obſeruarem, quicquid Grauin. par.5. declar.25. nu.42. & Galleſ. in tractat. de obligat. camerali ad quartam particulam q.3. num.3. dixerint, quia rationes, quibus mouentur ceſſant, dum ij debitores à periurio, & pęna excuſantur. Et hæc quo ad præuentionem, & ſecundam partem principalem noſtri tractatus ſufficiant. Ioann. Paul. Galt. V.I.D.

## Tertia pars principalis.

In hac tertia parte principali deſcribetur ordo, & modus procedendi in liquidatione inſtrumenti per duas partes.

In prima doceamus ordinem contra debitores contumaces.

In ſecunda contra comparentes, ſed aggrediamur primam.

## Præſentet inſtrumentum in Curia. Rubr. I.

### SVMMARIVM.

1 *Iudicis officium, præſentato inſtrumento in Curia, quale ſit.*

2 *Inſtantia iudicij ſuper tenore inſtrumenti eſt bimeſtris.*

3 *Obligatio creditoris citantis de ſe non concordando cum parte an hodie requiratur?*

4 *Præſentatio inſtrumenti omninò debet fieri in Curia antequam citatio expediatur.*

5 *Curiæ omnes Regni ſeruare debent, quæ ſeruat Magna Curia.*

6 *Præſentationes inſtrumentorum debent ſcribi in libro ſub certa forma, notificari fiſco, & ea reſtitui cum licentia.*

7 *Pro præſentatione quid ſoluen-*

& cum citatis ſe concordant, & non proſequuntur, nec curia de ijs aliquid curat, & ita ſeruatur ſecundum Carau. in d. ritu in principio, quia quamuis dicat ritus de præſentatione inſtrumentorum in curia, antequam expediatur citatio loquentes in practica non ſeruari non obſtante confirmatione ipſorum facta per pragmaticam; quæ incipit inter principales, ſub titulo de offic. magn. iuſtitia. nonam in ordine Curijs extra Ciuitatem Neapolis. Sed etiam poſt citationem expeditam præſentari inſtrumenta ſolere in vltimo peremptorio, nihilominus hodie omninò ſeruandi ſunt ex confirmatione alterius Regiæ pragmaticæ, num. 3. §. mandamus, Comitis Mirandę ſub pœna Regię indignationis, & ſicut
4 in Magna Cur. ita alibi quanquam ritus dicit, quod præſentatio iſthæc debet in ſola Magna Curia fieri, quod tamen fiat in Curijs inferioribus, tenuit Paris in ſindicatu verſ. inſtrumentum, & ita de inueterata conſuetudine ſeruatur, vt per Gra. in præfatione ad ritũ noſtrum 166. num. decimo tertio.

(Adde. Carauita ritu 54 & quod ita fuerit per S.C. deciſũ refert additio ad eundem ritũ apud D. Regentem Tapiam f. m. 280. per quę nos ita firmauimus in noſtra Praxi Feudor. reintegrat. §. feudi il 2. num. 96. in fin.)

Et quidem iudices inferiores, qui citari faciunt debitores non præſentato, viſo, & lecto inſtrumento pro inſtructione prædicta, ædificant in gehennas, ſi apparuerit poſtea non eſſe liquidum, vel aliqua ex parte inualidum, ex quo conformes ſe minime reddunt menti legiſlatoris, qui id ſtatuit, ne ex illiquiditate, vel inualiditate, ſubditi Regii grauarentur, vel moleſtia affice-
5 rentur, vt in d. Pragm. cum maxime omnes alię Curiæ ſeruare debeant, quæ ſeruat Magna Curia, quæ eſt caput om-
6 nium aliarum in Regno, vt per Cauen. in ritu primo, num. 7. & Carau. ibidem numero tertio.

6 Pręſentationes vero inſtrumentorum ſcribi debent in libro ad hoc deputato, in quo exprimatur dies præſentationis inſtrumentorum nomen, & cognomen creditoris, ac qualitas pecuniæ, pro qua præſentatur vt in pragmatica nona §. imprimis, de officio Magni Magiſtri Iuſtitiarij, atque id per ſcribasdebet notificari aduocato, & procuratori fiſci pro intereſſe Regiæ Curiæ d. prag. §. ordiniamo.

7 Et pro pręſentatione, et citione nihil debet ſolui, niſi p

in-

Digitized by Google

terlocutoria grana decem, vt in ritu 307. ſed hodie ſcribæ exigunt pro citatione carolenum, ſed nihil pro præſentatione instrumenti, vt per Scaglion. in ritu 163. iuxta ordinem ſuum num. 44. quod explicat Carauit. d. rit. videlicet grana quinque pro præſentatione, & quinque pro citatione iuxta prag. 38. 4. colum. in fine de officio Iuſtiar. & Magn. Curiæ, quod non ſeruari ab actuarijs dixit Carauita dicto ritu.

At inſtrumenta præſentata partibus reſtitui prohibentur abſque licentia Regentis, Iudicum, & Fiſci patroni, vel procuratoris, & de reſtitutione debet fieri actus in libro, vt in §. item d. prag. Quæ omnia (& malè) in Curijs inferioribus prætermittuntur. Verum

8 circa hanc rubricam, quæro quid ſi quis pro debito egerit contra ſuum debitorem ordinariè, & conteſtata lite ipſum extraordinariè iuxta ritum conuenire voluerit, an præſentato inſtrumento poſſit illum ſuper illius tenore citari facere, & ad liquidationem procedere? Et reſolutiuè dicas, quod citra debitoris voluntatem huiuſmodi variationem facere non poteſt, & ſi facit, debitori competit litis motæ, exceptio, ita Grau. part. 4. declar. 1. Galleſ. de obligat. Camer. par. 2. q. 3. ad tertiam particulam num. 4. & Frecc. part. 9. q. 9. vbi in fine dat cautelam vt ſcilicet in contractu apponatur clauſula, vt pro debito poſſit agi ciuiliter iuxta ritum, & quod vna via electa liceat variare, & quod vna actio per aliam non tollatur, refertq; Vitalem in tracta. clauſular. verſ. Quod vna actione. Ioan. Paul. Galt. V. I. D.

(Adde. Et tandem quod acto prius via ordinaria non poſſit quis agere via ritus, vt ſupra Deciſum referunt Monter deciſ. 22. & Maſtrill. deciſ. 157.)

## Expediatur citatio.

### Rubr. II.

*SVMMARIVM.*

1 *Citatio prouenit à iure diuino.*

2 *Citatio ommitti nõ debet in cauſa liquidationis inſtrumentorum.*

3 *Citatio in obligationibus penes acta an & quando requiratur, & in apochis banchorum, numer. 4. 8. 9. & 10.*

5 *Obligatio penes acta ſententia*

*tiæ latæ æquiparatur.*

6 *In confeſſum in iuditio nullæ ſunt iudicis partes niſi in condemnando.*

7 *A iudicis pręcepto an appellet.*

11 *Species Citationis plures.*

12 *Sermo aptandus ſemper ad ea eſt, quę frequentius cõtingunt.*

13 *Citatio realis quæ.*

14 *Practica ſeruanda, quando debitor ẽ de fuga ſuſpectꝰ.*

15 *Captura debitoris fugitiui etiam die feriato expediri poteſt, amplia, num. 18. 19.20.& 21. limita, num. 23.& 25.*

16 *Qui vult conſequens, vult omne neceſſarium antecedens.*

17 *Contumacia ſola quem ſuſpectum de fuga efficit.*

22 *Procurator generalis, amicus, vel affinis an poſſit debitorem ſui amici, vel affinis vti ſuſpectum capi facere.*

23 *Quod quis propria culpa ſentit ſibi imputet.*

24 *Scienti, & volenti non dicitur fieri iniuria.*

26 *Ratione legis ceſſante ceſſat diſpoſitio.*

27 *Citatio verbalis, quæ ſolo iudicis miniſterio expeditur qualis.*

28 *Citatio non requiritur vbi pars in iuditio præſens eſt.*

29 *Citationis verbalis definitio.*

30 *Citationis partes ſubſtantiales.*

31 *Citationis forma.*

32 *Citatio poteſt per actuariũ expediri.*

33 *Citatio debet moderatum tempus ad comparendum continere.*

34 *Practica, quæ in Regno ſeruatur circa tempus in citationibus apponendum.*

35 *Peremptorium debet eſſe in citatione.*

36 *Non refert quòd quid ex æquipollentibus fiat.*

37 *Comparitio perſonalis requiritur, quando in cauſa venit imponenda pœna corporis afflictiua.*

30 *Inſtrumentum breui liquidandum liquidum eſſe cenſetur.*

39 *Præambulum an fieri poſſit inter primum, & vltimum peremptorium à creditore citante.*

40 *Mãdata quæ continere debent, vt valeant.*

*Pro*

41 *Procurator admittitur ad inualiditatẽ citationis opponendam.*

42 *Forma relationis nuncij.*

43 *Citatio, quæ fit extra ciuitatem teſtium præſentiam requirit.*

44 *Mandati fines ſunt diligenter ſeruandi.*

45 *Citatio maioris, ſiue pupilli qualis ad inſtantiam hæredis mediante præumbulo.*

46 *Citatio ad inſtantiam ceſſionarij, ſiue procuratoris, & principalis qualiter expedienda.*

47 *Citatio contra mulierem intercedentem pro altero præuia regia diſpenſatione qualis remiſſiuè.* 48. *Citatio eſt intimanda die iuridico.*

49 *Locus vbi citatio executioni mandatur, non vbi expediatur, circa facta attenditur.*

50 *Citatio quando circumducitur.*

PRæſentato inſtrumento iuxta dicta in præcedenti rubrica, aduertat creditor, vt expediri curet citationem, ea enim omitti non debet, quia continet defenſionem procedentem à iure gentium, & à diuino ca.
1 3. Geneſis, ibi Ada vbi es? &c.
Deus omnipotens 2. quęſt. prima, & ſicut in omni actu iudiciali requiritur, l. de vnoquoque. ff. de re iudic. & l. nam ita
2 Diuus, ff. de adoption. ita ſpecialiter in liquidatione inſtrumentorum, Bald. in l. 3. num. 12. C. de execut. rei iudic. & in l. ab executione, nu. 6. C. quorum appell. non recipiun. Canar. quæſt. 43. vbi, quod niſi fieret, inſtrumentũ executioni non mandaretur; atque ſi mãdaretur; ipſa tanquam nulla retractaretur, & ratio eſt, quia cum nulla ſententia præceſſerit, nec aliter de cauſa cognitum fuerit, neceſſe eſt à citatione incipere, §. fin. Inſtit. de pœna temerè litigant. Bald. & Canar. vbi ſup. & dixit Annius ſing. 256. volum. 2. & ritus hoc dictans 166.
3 Ampliaverò citationem adeo requiri in hoc extraordinario iuditio, vt procedat in obligationibus penes acta, & apochis bancorum, quæ etiam ad formam ritus executionem habent per dicta in prima primæ par. rubr. in forma publica num. 46. limitantur tamen

præ-

Digitized by Google

prædicta in inſtrumentis in Ciuitate Florentię, vbi ea abſque partis citatione executionem habent, vt per Cara. ritu 167. num. 11.

4 Atque in obligationibus Neapoli in Magna Curia, Patria mea, ac pleriſque in locis, vbi accuſantur obligationes, & executioni mandantur nulla partis citatione præcedente, ita de Franch. deciſ. 118. nu. 9. & hoc propter ſtylum, vel ſtatutum, quod valebit ſecundum Bald. in rubr. num. 4. C. Comminat. vel epiſtolas, Canar. d. quæſt. 43. in fine, & ratio diuerſitatis inter obligationes, & inſtrumenta ſecundum nos

5 poteſt eſſe, quia obligatio habetur ac ſi eſſet ſententia lata, Angelus in l. frater à fratre ff. de condict. indeb. & de Franc.

6 Deciſ. 200. nu. 22. & quia confeſſio, & promiſſio in ea facta eſt iuditialis, & in confeſſum in iuditio nullæ ſunt iudicis partes, niſi in condemnando, & exequendo l. prima. C. de confeſſis, & conceditur executio non obſtante appellatione vigore præcepti iuditialis facti per iudicem, à quo non

7 appellatur ad finem impediẽdi eam, ritu 256. vbi multa Caran. num. 5. confeſſio verò & præceptum factum in inſtrumento ſunt extraiudiciales, & extraiudiciale, quæ de per ſe eam executionem non merentur, niſi ſecuta in iudicio per interrogationem verificatione quæ non poteſt contingere niſi citatione præcedente, d. l. de vnoquoque, eſt tamen verum quod ijs in locis quando obli-

8 gatio eſſet antiqua, vt quia decem annos à die natiuitatis actionis excederet, citatio omnino eſſet neceſſaria ad dicendum cauſam, quare obligatio exequi non debet. ita Robert. conſid. 2. num. 3. ſeruatum fuiſſe dicit in Magna Curia Vicarię ex antiqua conſuetudine, quam roborat per Iſern. & Afflict. doctrinam in Conſti. Dilationes, num. 21. cui addo Bald. in l. ordo colum. vltima. de execut. rei iudic. per quam ſic Canar. d. q. 43. ratioq; ſecundum prædictos eſt, quia obligatio, quæ decem annos excedit, æquiparatur ſententiæ antiquę iudicis, quę executioni nõ mandatur abſque partis citatione, & eo caſu ſi citatus ipſe opponat ſatisfactionem, non dicet cauſam in vinculis: ſed extra. Carauit. ritu 128. num. 4. vbi ampliauit hoc etiam ſi ipſius incuſatio de antiquo facta fuiſſet, videto ipſũ de ratione.

9 Similiter quando accuſatio fieret, & executio peteretur alibi, quam vbi obligatio facta eſt, tunc requiritur citatio ad dicendum cauſam, quare &c. ita nunquam ſatis laudatus

Præ-

Præſes de Franch in Decif. 118. num. 9. de qua ſuperius meminimus, ratioq; eſt ſecundum nos, quia ille iudex alterius loci poteſt dici nouus; nam corā eo non fuit concepta dicta ob-
10 ligatio, & coram iudice nouo ſemper facienda citatio eſt circa executionem: ita per doctr. Pauli in d. l. ordo, num. .... C. de execut. rei iud. dixit Canar. d. q. 43. Ergo quando facienda eſt ne erret creditor aduertet ad eam, & pro declaratio-
11 ne notandum eſt, quod licet citationis plures dicantur ſpecies eſſe, quę numerantur per Maran. p. 6. verſ. Rectè concipiatur citatio, num. 50. & declarantur latè per ipſum ſeqq. numeris; nam prima dicitur realis, ſiue perſonalis, ſecunda verbalis, tertia, quę fit per literas, quarta, quæ fit per edictum, quinta, quę per proclama, & ſexta, quę per Campanam, ſeu Tubam: tamen, quia omnes hę ſpecies vltimę reducuntur, ſeu ſunt reducibiles ad duas primo loco per nos relatas; ideo duas tantum citationis ſpecies eſſe dicimus eoque facilius ad id mouemur, quia hę frequentius practicantur cica materiam noſtram, &
12 debemus adaptare ſermonem ad ea, quę frequentius accidũt vulgata l. nam ad ea, ff. de legibus.

13 Vnde dicimus quod citatio eſt duplex Prima realis, quę quoniam fit per capturam perſonę perſonalis à nobis appellatur; atque realis dicitur, quia effectualis; nam effectus iſtius ac omnium aliarum citationũ eſt, vt citatus habeatur de perſona.

Secunda vero dicitur verbalis, quę fit per verba, vel per literas, quę verbis explicantur: atque hanc noſtram diſtinctionem videtur approbare Foller in Praxi criminali prima 2. par. dum citationem de perſona, & verbali fieri per iudicem dixit inſcribendo rubricas. Notatos capiat de perſona, & verbaliter citata faciat.

14 Vera igitur citatio ſit ſibi neceſſaria proſpiciat creditor, & quidē ſi videt debitorem ſuũ poſt confectionem inſtrumenti quo ſe obnoxium fecit, effectũ eſſe fugitiuum, vt quia nihil immobile poſſidet in loco, & colligit iam ſarcinulas, vel non colligit; ſed ſi citetur verbaliter de facili fugam pręparare poſſet, pręſentato inſtrumento debiti citationem realem intentabit, & ſic porriget petitionem iudici, & narratis ijs, de quibus ſupra, per ipſum decernatur, quod capiatur ſummaria informatio, & examinatis ſuper petitione duobus teſtibus, & conſtito, fiet decretum, quod capiatur debitor de perſona, & non excarceretur,

tur, ſeu dimittatur, niſi præſtiſta fideiuſſoria cautione de ſtando iuri in dicto loco, ita ritus Magnę Cur. 172. & de iure communi eſt text. in l. ſi fideiuſſor. §. ſi ſatiſdatum, & l. 4. incip. pretor ait §. ſi debitorem, ff. de ijs, quæ in fraud. creditorum notat Marſil. ſing. 282. & hæc citatio vocatur citatio de vocando, & capiendo: pręmiſſa ita cautione præſtita, & etiam de ſoluendo iudicatū nuncius debitorem dimittat, & reſtabit citatus, & ita ſeruari dixit Carauit. d. ritu, num. 11 tenuit. Affliċt. & ad eum Vrſill. Deciſ. 170. licet Viuius lib. 1. com. opin. 177. oſtenſo inſtrumento ſolum creditoris iuramentum de fugæ ſuſpitione abſque informatione ſufficere dixit, quem ego ſequerer in caſu ſeq. ampliationis, nu. 16. Ratioque huius practicæ dicitur eſſe, quia ſi ipſe creditor propria authoritate id facere poteſt d. l. prętor §. ſi debitorem; multo magis ipſe iudex, argum. Auth. multo magis C. de ſacroſan. Eccleſ.

15 Amplia vero præmiſſa multipliciter, & primò, vt hæc captura debitoris fugitiui etiam die feriato in honorem Dei expediri, & fieri poſſit, vt dixit gloſſa in l. dies feſtos verſ. ſi deiuſſiones. C. de ferijs.

Etiam ſi eſſet dies Natiuitatis, vel Paſchatis D. N. Ieſu Chriſti, ſecundum Bald. in cap. fin. col. fin. de ferijs, & Cottam in memoral. verſ. creditor inhærens. Viuius vbi ſupra num. 2. Ex quibus ſequitur, quod ſi ipſa captura poteſt fieri ijs diebus, poterunt quoque fieri probationes ſuper fuga, ex regula, quod qui vult conſequens, vult

16 omne neceſſarium antecedens, l. ad rem mobilem; & l. ad legatum. ff. de procurator. cum allegatis loco citato, num. 13. vbi in ſequenti ampliat iudicē etiam ſine iis probationibus ſcriptis poſſe concedere capturam fugitiui, quando aliàs dubitaretur, ne ſi fierēt probationes in ſcriptis fugā abriperet. & intelligendus eſt Viui. d. loco num. 14. Vrſill. ad Affliċt. vbi ſupra, num. 5.

(Adde. limita vero quando creditor hoc caſu nollet iurare, vt per Baldum deciſ. 119.

17 Pariter quoque probationes neque ſcriptæ, neque oretenus requirentur, ſi ille debitor eſt contumax: nam ex ſola contumacia ſatis dicitur de fuga ſuſpectus, vt per ritum Mag. Cu. 172. vbi Carau. num. 3.

Secundò amplia in debitore qui eſſet in fugā mentali, & cōtra eum eſſent euidentia ſigna, quod fugere vellet. Marſ ſing. 43. Viuius vbi ſupra, num. 4.

(Adde. Sic in præparante ſe ad fugam deciſum teſtatur Gomez Leo. deciſ. 22.

Ter-

nis C. de tranſact. Marſ. ſing. 284. & facit ritus prędictus à contrario ſenſu , ibi poſt contractum.

Sublimita tamen hanc limitationem non procedere, quando antedicta ſuſpitio eſſet ſatis modica, & modo creuit,ita quòd magna eſt,propter quam timetur fuga, tunc enim ad capturam quoque procedi poſſet, ita per multa Carau. l.cit.n.16

25 Secundò limita quando creditor poſt ſuſpitionem habitã ſtetiſſet per multum temporis ſpatium , nec capturam intentaſſet ; ſi enim poſtea intentare vellet, audiendus non eſſet, tẽpus verò hoc eſt quinquenniũ ſecundum quoſdam , & ſecundum aliqus arbitrio iudicis remittitur. ita Marſ. ſing.284.

Tertiò prędicta limita vbicunque creditor accepiſſet pignus à debitore,eo,quia præſumitur illud pignus idoneũ, glo. in l. 2.verſ. redigere.C.de pignor.Iaſon in §. ſupereſt.nu. 94. Inſtit. de action.

Sublimita verò per Alex. in l. creditor , num..... ff. ſi cert. petat. quando clarè pateret pi-
26 gnus non eſſe idoneum; nã eo caſu quoniã Baldi ratio ceſſat , ceſſare debet diſpoſitio l. adigere §. quamuis. ff. de iure patronat. cap. cum ceſſante, de appellat.& hęc quo ad hanc citationis ſpeciem,circa quam in reliquis videri poterit Cara.in d.rit.à n.5. vſq; ad num.9.

(Adde. Quartò limita in debitore , qui præſtitiſſet fideiuſſorem idoneum , quia bona fideiuſſoris , & principalis debitoris confunduntur Faber. deciſ. prima , C. de fideiuſſ. facit text. in l. ſi plures §. præterea ff. de fideiuſſor. hinc non carcerabitur debitor principalis , quando fideiuſſor eſt ſoluendo Valaſc. deciſ. 11. & quædam ex præmiſſis habes apud Ricc. collect. 1203.)

Quòd ſi perſpexerit creditor debitorem eſſe præſentem,& in loco bona poſſidentem,tunc poterit vti citatione verbali , vel quę ſolo iudicis miniſterio expeditur, vel etiam verbali,quæ iudicis literis expeditur , & o-
27 pera nuncij . Citatione verbali, quę ſolo iudicis miniſterio expeditur, vti poterit, quoties ipſe creditor viderit debitorẽ eſſe præſentem in iuditio,& curia coram iudice,quo caſu pręſentato inſtrumento iudici poteſt inſtare,vt interrogetur debitor, nulla verbali citatione opera nuncij expedita, neque poterit hoc caſu debitor replicare,facias me ordinariè citari , quia triduo gaudere intendendo, & in vltimo peremptorio promptus ſum reſpondere, ita poſt multa tenuit Cara.rit. 166.n.78.ratioq;comuniter approbata eſt,quia citatio non requiritur vbi pars in iuditio pręſens

28 ſens reperitur,ſecundum Spec. de libelli concept. §. ſequitur. verſ. item dicunt quidam n. 6. & alios per ipſum allegatos, quos in facti contingentia videre poteris.

Citatione verbali, quę literis expeditur vti poterit, quando prędicta oĩa ceſſarent, & quoniam huiuſmodi eſt frequẽs vade,ideo circa eam eſt aliqualiter inſiſtendum iuxta mortem Iurecconſulti in l. legaui.ff.de liber.legata.

Et ne obijciatur nobis,quod loquimur de citatione,& neſcimus quid ſit citatio,vt in ſimili in materia Notorij, dixit gloſ. in cap. manifeſta 2. quæſt. j. & gloſ. in l.ſtipulatio iſta habere licere §.hic quoq;ff.de verbor. oblig. ideo dico, quod citatio, de qua loquimur,nihil aliud ẽ,
29 niſi Actus iudicialis vocatiuus alicuius, cuius interſit, qui ex iuris diſpoſitione iudicis decreto, vel mandato præcedẽte per nuncium,vel alium executioni traditur,& definitio iſthæc colligitur ex longa illa, quam tradit Socc. in tract. de citat. art.
30 1. q. 1. ex qua poterit quilibet colligere,quod partes ſubſtantiales ipſius citationis ſunt tres Prima eſt comiſſio de citando facta per iudicem.

Secunda Nuncij executio, quæ comprehendit quoq; tertiã quę eſt nuncij ipſius relatio, ꝙ citauerit. ita Ioan. Andr. in c. Romana §.contrahentes,de foro cõpet. lib.6.refert, & ſequitur Panorm.in cap.fin.in fin.de off lega.idem in c.fin.n.10.ff.de ferijs, verſ.redeo ad primã Felyn.in c.gratũ,n.5.de off.deleg.

Definitionis autem verba,& partes citationis patebunt ex declaratione verborũ formulæ ipſius cita.quæ erit huiuſmodi.
31 Philippus Dei gra. Rex &c. vel talis Baro, &c. N. Capitaneus talis Ciuitatis &c.

Seruientibus noſtrę curiæ, quando expeditur ab officiali alicuius loci particularis, ſi vero ab audientiarum auditorib⁹ vel iudicibus M.Curię, dicitur Seruientibus quarũuis Curiarũ inſolidum requirendis, & committitur,&c.mandatur quatenus receptis præſentibus quis veſtrũ fuerit requiſitus ad omnem inſtantiam N. ſe conferat ad pręſentiam, vel ad domum ſolitæ habitationis N. ipſumq; citet,moneat & requirat, quatenus ſub pœna vnciarum auri vigintiquinque, quinquaginta, vel centum Baronali Curię,vel Fiſco Regio,prima die iuridica (ſi citandus eſt in eodem loco, ſi extra ) infra tot dies peremptoriè,&c.perſonaliter compareat corã nobis, & noſtra Curia,ſiue in hac Reg.Audientia, vel in M.Cur.hora,& loco ſolitis cautarũ reſpõſurus ſuper tenore publici inſtrumenti præſentati,& in vltimo perempto-



Digitized by Google

rio liquidandi per ipſamCuriã. Audientiam,vel Mag. Cur.cõtra eum pro ducatis tot, aliàs termino elapſo, & ipſo non comparente procedetur quatenus iuris, &c. citet, referat in forma &c. Datum in tali loco die tali anno tali. N. Capitaneus,Auditor, vel iudex, Talis actuarius.

Dixi in principio N.Capitaneus,quia debet exprimi in citatione nomen iudicis, cuius mandato citatio emanat, vt in cap.præterea,de dilat.& habetur inConſt.Regni Edictorum, & per Grau. p. 4. declar. 2 n.5 Verum in citationibus M. Cu. præponitur nomen Magni Magiſtri Iuſtitiarij ſ. D.Ferdinandi de Gonzaga, ſed vnus ex iudicibus inde ſubſcribit.

In Regijs Audientijs præponitur nomen Regis, & vnus ex Regijs Auditoribus ſubſcribit.

Dixi ſeruientibus quia citatio debet cõmitti ſeruienti, & nuncio curiæ, vt in cap. cum parati, de appellat. & cap.cõtra falſam,de probat.& ſpecul. in tit. de cit. §. ſequitur, & ha-
52 betur per Grau. vbi ſup. num. 10. poteſt etiam fieri citatio, ſeu inſinuatio per Tabellionẽ, ſiue actuarium in iuditio,& ipſe poteſt de ea teſtificari, vt habetur per Ioan. Milleum in ſua praxi in gloſ. præſens num. 4. & ideo ego dixi in definitione per nuncium, vel alium executioni traditur.

Dixi ſe conferat ad præſentiam, vel ad domum, &c.quia licet Affliſt.in conſt.citationis literæ in primo notab. per illũ text. dixerit, quod citandus ſi eſt in ciuitate debet perquiri, & perſonaliter citari, & non repertus facta diligenti perquiſitione domi citari poſſit,tamẽ quod imo ſufficiat ſi nuncius de directo vadat ad domum citandi,tenuit Bald. in l. conſentaneum num..... C. quomodo, & quando iudex, & hęc opinio approbatur per Reg. prag. incip.Quilibet agere volens,de ordine iudit. loquentem alternatiuè, & habetur per Grauin. vbi ſup.n. 11.

Dixi ſolitæ habitationis: nã ſiue domus ſit propria,ſiue cõducta, quinimo etiam ſi eſſet apotheca ſufficeret,per notata à Foller. in Praxi crim. verſ. vel eos verbaliter num. 29.

53 Dixi prima die,vel infra tot dies,quia iudex in citationibus debet moderatum ad comparendum tempus apponere conſiderata diſtantia locorum, qualitate perſonarum, viarum & negotij, vt probatur in cap. quo ad conſultationem, de re iudica.ca. paſtoralis,de appellat. Afflict. in Conſt. cauſas alias num. 6. rubr.qualiter iuſtitiarij, & in conſt. ſi quem noſtrorum num.10. de exord. præpara.iudit. aliàs ſi eſſent factæ infra nimis anguſta tempora

eſſent nullæ, ſecundum Specul. in tit. de citatione §. 1. verſ. itē quòd facta eſt §. 2 verſ. ſed nūq d. Cara. ſup rit. 123. in prin.

34 Secundum quem ſcias, quòd in Regno communis eſt obſeruātia, quòd ſi citatus eſt in loco iuditij, citatur die pro alia immediata ſequenti, & in alia die hora cauſarum ſolita accuſatur ſibi prima contumacia, vt dicetur in rubr. ſequenti. Si habitat citandus in alia ciuitate intra Regnum inſeritur tempus, quo comodè venire poſſit & Magna Curia ſolet apponere tempus decem dierum in citationibus tangentibus perſonas habentes in prouincia noſtra Calabriæ citra, & poſtea expediatur triduum, vel aliud tempus ſecundum quod ſolet Regi Curia circa cōtumacias. Si extra Regnum apponendus eſt terminus ſexaginta dierum ad comparendum, & hanc practicam tradit ritus 123. refert, & ſequitur Maranta. p. 6. verſ. rectè concipiatur citatio num. 67.

Quodo ſi citato non fuerit ſtatutus terminus ad comparendum, datus intelligitur is, infra quem citatus comparere poſſit, Carau. d. ritu nu. 9. cautius tamen eſſe dixit terminū certum apponi facere, vt hodie fit per omnes.

35 Dixi peremptoriè quia in citationibus peremptorium ſemper debet exprimi, alias nullæ eſſent: & de iure comuni peremptorium mittebatur citationibus tribus præcedentibus l. ad peremptorium. ff. de iudic. hodie in Regno fit vnica citatio cum peremptorio vno pro tribus, quæ habet vim trinæ citationis, vt latè per Affli. in d. Conſtit. Edictorum, primo notab. habetur: eſt tamen verum, quod non appoſito peremptorio in citatione; ſed aliquo alio verbo æquipollenti, vt ſi dicatur, in iungas tali quatenus ad primam iuris compareat aliàs termino elapſo procedetur quatenus iuris, idem eſſet ac ſi citatio peremptoriū
36 contineret. Afflict. vbi ſupra non enim refert, vt quid ex æquipollentibus fiat, ca. licet ex quadam, de teſtibus, & dixit Rober. conſid. 4. num. 30.

Dixi perſonaliter, quia citatus ſuper tenore inſtrumenti, dicitur citatus ſuper cauſa criminali, ex quo antiquitus periurio imponebatur pœna trūcationis manus, vt in ritu 171. &
37 cū in cauſa venit imponenda pœna corporis afflictiua, debet citatus perſonaliter cōparere, l. ſeruum quoq; §. publicè. ff. de procurat. l. accuſatore, quæ eſt penul. §. ad crimē. ff. de publicis iud. Cara. in rit. 182. n. 2. & 3. & in alijs cauſis hoc verbo nō poſito, per proc. cōparere poſſet, ita Gra. vbi ſupr. num. 15.

Dixi

38 Dixi, reſponſurus ſuper tenore publici inſtrumenti præſẽtati, & in vltimo peremptorio liquidandi, vt inferam, quod licet inſtrumentum de per ſe eſt illiquidum tempore præſentationis, vt quia eſt confectum cum defuncto creditore, poſsit adhuc præſentari per creditoris hæredem, cum iam iam ſit liquidandum mediante præambulo, vt in ritu 281. & inſtrumentum ex breui liquidãdum; liquidum ex ſe quoque cenſetur. ita Capic. deciſ. 48. Corn. conſ. 223. atque relati per Gra
39 uit part. 3. declar. 21. num. 68 hocque caſu præambulum poteſt fieri inter primum, & vltimum peremptorium, quando citatio hoc modo expeditur, & præmiſſis verbis concipitur, vt per notata à Grauin. vbi ſupra ſenſit Ioannes Antonius à Leo de Forciatis in d. l. quod te. verſ. eſt etiam aduertendũ ff. ſi cert. pet. fol. 36. Itẽ quãdo Inſtrumẽt. ſe ſe ad aliud referret vel per aliam ſcripturam publicam liquidum fieret dummtamen dicatur liquidandi per aliam publicam &c. ad hoc vt veniat inſtructus. Carauit. ritu 167. num. 29. in fine, alias in promptu per aliud inſtrumentum me eſſe hæredem, vel inſtrumentum de ſe illiquidum iam liquidum eſſe demonſtrare deberem antequam citatio expediretur.

40 Hinc eſt ꝙ ſi ad hæredis inſtantiam expedi atur citatio dicetur ad inſtantiam N hæredis H. H. mediante præambulo; ſi vero hæres creditoris eſt pupillus, dicetur, ad inſtantiam H. H. pupilli maioris infante ac H. Tutoris, ſiue tutricis, cũ ſi minor infante ſolus tutor liquidare poſſet, vt docuimus ſupra part. prima ſecundæ par. rubr. aduertat adperſonam ſuam, num. 10. cum duobus ſe qq. & ſecundum d. parte rubr. & cuius nomine agat à num. 1. vſque ad 5.
41 Et ſi ceſſum eſt debitum, vel ſtipulatum inſtrumentum nomine alterius, dicetur ad inſtantiam talis principalis, ac talis ceſſionarij, ſiue procuratoris, & inde ſimul interueniãt in liquidatione, & alijs præcedentibus actibus iuxta ea, quæ annotata ſunt ſuper d. rubr. Et cuius nomine agat, num. 15. & 16. & d. rubr. aduertat ad perſonam ſuam. num. 30. & ſeq. Et ſi eſt contra mulierem pro
42 alio intercedentem cum regia diſpenſatione vallati, præſentati & in vltimo peremptorio liquidandi, vt docuimus ſupra 2. 2. p. rubr. aduertat inſuper ad debitorem, num. 58.

Dixi. Citet, & referat in forma. ad hoc vt comprehendantur aliæ duæ partes citationis, quæ ſunt nuntij executio, & relatio, vt inferius dicemus. Dixi

datum in tali loco die menſe & anno, quia in mãdatis debet
43 eſſe data loci, diei, menſis, & anni alias nõ tenerent, argum. l. ſi qua beneficia C. de diuerſ. reſcriptis, gloſ. in cap. quoniã contra. de probat. & maximè menſis, & diei, vt ſciatur tempus circumductionis, de quo infra dicetur, Grau. vbi ſupra num. 17. & quod data citationis poſſit die feriata fieri, dixit Grauin. per ritum Magnæ Cur. 117. Dixi Talis Capitaneus, vel talis iudex, & talis actuarius, quia ſubſcriptio iudicis, & actuarij de conſuetudine Magnę Curiæ apponenda eſt, Graui. vbi ſupra num. 19.

44 Quæ verò dicta ſunt adeo requiruntur, quod ſi aliquod eorum deficiat, citatio non eſſet valida, & ad eius inualiditatẽ procurator admitteretur. ita Robert. conſid. 4. num. 3. & nos dicemus inferius. Citationis igitur literæ dentur expeditæ, vt ſupra nuncio, qui eas intimet reo debitori, & ipſis intimatis referat Curiæ, & fiat actus in hanc formam. Die tali, in loco tali, &c. Nuncius,
45 ſiue alguzerius Curiæ cum iuramento retulit mihi infraſcripto actuario tali die, ſeu hodie prędicto die citaſſe N. perſonaliter, vel domi ſuæ ſolitæ habitationis modo, & for-
46 ma vt ſupra, vel retro ſibi cõmiſſis, & quoties eſſet facta citatio extra diſtrictũ ciuitatis, vel extra Ciuitatem, diceretur præſentibus tali, & tali teſtibus, & in fidem talis actuarius, & cum relatio nuncij ſit pars ſubſtantialis citationis, & in actis debeat ſcribi ſeriatim, in pede citationis, ſecundum d. conſtit. citationis literæ, vbi Afflict. ideo declaremus ſingula verba ipſius. Dixi talis nuncius, quia citatio debet committi nuncio, & ab eo expediri vltimo loco cap. cum parati. de appell.

Dixi cum iuram. ret. mihi actuario, quia relatio debet fieri actuario, vt habetur in l. eos §. ſuper iis, ibi ad ſcrinia vbi gloſ. & Bald. C. de appellat. Marian. Soccin. in d. tractatu citatio. art. 13. q. 2. & Gram. conſ. 1. poſt deciſioues S, C. n. 14

Dixi, tali die, ſiue hodie, quia tempus executionis debet apponi in relatione. Soce. vbi ſupra, num. 5. quoties autem non eſſet expreſſa dies citationis executę, intelligeretur de eo die præſenti. Dixi perſonaliter, vel domi ſolitę habitationis, quia debet exequi iuxta mandatũ iudicis: verum ſi in relatione dictum eſſet citaſſe domi, non addito ſolitę habitationis, intelligeretur ex quo in commiſſione facta à iudice fuit expreſſum.

47 Dixi modo, & forma ſibi cõmiſſis, quia nuncius debet cita

re

re iuxta commiſſionem factam à iudice, & finis mandati diligenter ſeruandi ſunt, cap. venerabili, de offi. deleg. l. diligenter. ff. mandati cum ſimilibus.

Dixi. Præſentibus talibus, quia quando citatio fit extra Ciuitatem, vel iuriſdictionem, citantis, requiritur præſentia teſtium pro ſubſtantia relationis, & citationis, & ita interpretata eſt d. Regia Pragm. Quilibet agere volens, vt per Cau. ibidem, num. 31. adeo quod ſi ſecus fieret, citatio nulla eſset Robert. loco citato, num. 34. An autem credi debeat nuncio referenti ſe citaſſe parte negãte intimationẽ, videas per Doctores in locis ſuis, videlicet ꝑ Foller. in praxi criminali. verſ. Fiat relatio, Mara. p. 6. verſ. rectè concipiatur citatio, & Cauen. vbi ſupra.

48 Aduertat autem omninò creditor, vt eã intimari faciat die iuridico, aliàs nõ valeret, l. prima, & fin. C. de ferijs, & ſi citatio eſt expedita in Mag. Curia, ſiue alibi, & intimãda eſt Salerni, vel alio loco, vbi intimatio facienda eſt fit eo die aliquod feſtum, abſtineat aliàs citatio facta non valeret, licet feſtũ
49 eo die non fuiſſet Neapoli, ſiue in loco citationis expeditæ: attenditur enim locus vbi citatio executioni mandatur, non vbi expeditur, ita rit' M. C. 116. vb. Cauen. Cara. tenet quoq; Robi vbi ſup. n. 32. hanc autẽ intimationem fieri faciat ſtatim expedita citatione, ſeu infra menſes
50 ſex, alias ipſis elapſis à data ipſius citatio eſſet circũducta; ita ritus M. C. 121. & Rober. vbi ſup. Hæc de materia citationis dicta ſint breuiter. Ioan. Paulus G. V. I. D.

## Perſonaliter in Curia comparens accuſet contumacias. Rub. tert.

### SVMMARIVM.

1 *Creditor liquidare volens, tenetur perſonaliter cõparere, & quid ſi impeditus, vel infirm⁹, n. 17. 20. & 17*

2 *Contumacia vnde dicatur, & quotuplex.*

3 *Dies termini in citatione appoſiti non computatur in termino.*

4 *Contumacia prima quando accuſetur.*

5 *Contumacia prima accuſatur eo die, quo Curia regitur, ſi tamen regi potuerit.*

6 *Contumacia prima etiam coram magiſtro actorum accuſatur, & quolibet die, & hora.*

7 *Contumacia vltima quando accuſetur, & num. 10.*

L 4 8 *Cre-*

8 *Creditor vſque quo poſſit vltimæ incuſationem differre.*

9 *Iudicialis, vel legalis dilatio non debet ſuperare, & excedere terminum præfixum inſtantiæ.*

11 *Forma accuſationis contumaciæ.*

12 *Contumax dicitur de fuga ſuſpectus.*

13 *Pœna contumaciæ ſuper tenore inſtrumẽti, & ipſius incuſationis quanta ſit.*

14 *Regens M.C. habet poteſtatem remittendi certam partem pœnæ incuſationis inſtrumentorum ſub quibuſdam conſiderationibus.*

15 *Creditor, qui plures citari facit, poteſt contra non comparentes accuſare contumacias, & contra comparentes ad liquidationem procedi facere vel ſuperſedere.*

16 *Practica quando creditor liqdarevolẽs eſt carceratus, minor, vel mulier. nu. 18. & 19.*

Facta citatione, & relatione, vt ſupra dictum eſt, creditor perſonaliter debet in curia comparere, & contumacias contra citatũ debitorẽ non comparentem incuſare, vt d. ritu. 166. caueatur, circa quod antequam vl-
1
terius progrediamur ſciendum
2 eſt, quod contumacia dicitur à Con, & Tumeo Tumes, quaſi qꝫ contumax tumeat, & ſit ſuperbus in iudicem mandatis eius non parendo. Maran. p. 6. verſ. Aduertatur ad contumacias. huiuſmodi autem cõtumacia, quo ad propoſitum noſtrum dicitur eſſe duplex prima, & ſecũda vltima. ad primam perueniitur hoc modo: nam aut citandus eſt intus ciuitatem, vel locum vbi citatur, vt prima die iuridica compareat, & tunc die ſequenti hora cauſarum ſolita accuſatur ſibi prima contuma-
3 cia ſi nõ compareat, & ſic dies termini citationis nõ cõputatur in termino. Si vero citãdus eſt extra ciuitatem, & locũ in Regno tamen; tunc attenta diſtantia locorũ ſolent dari dilationes decẽ, vel viginti vel triginta dierũ ampliores, vel breuiores. ſi extra Regnũ dari debent ſexaginta dies ad cõparẽdũ, vt ſup. præcedenti rubr. n. 34 diximus, & vltima die termini dati ad cõparendũ debet accuſari prima cõtumacia, vt in rit. 94. & 123. aliàs ſi nõ accuſaretur nõ cõparẽs nõ poſſet dici cõtumax. ita Cara. d. rit. qui eo caſu amplius dixit citationẽ expirare, & ita ſeruari in quarto notabili. poſſe tñ denuo fieri intimationẽ cũ ea met citatione infra mẽſes 6. per notata in rit. 121.
Verum aduertendum eſt hic quod

quod magnopere intereſt an_ dilatio ſit conceſſa in hunc modum compareat hine ad decem dies, vel infra decem dies, aut hinc, & vſque ad decem dies: nam primo caſu ſi decima dies eſt feriata in ſequenti debet comparere aliàs ſibi accuſabitur eo die contumacia, vt in_ ritu 222.

Secundo verò caſu ſi decima dies eſt feriata debet comparere die præcedenti, quæ eſt nona, aliàs contumacia ſibi accuſari poterit ita ritus 221. & 86. circa hoc contrarios concordabat Carauit. in commentarijs ipſorum, & ſi fortè poſt vltimam diem termini feriatam eſſent plures alij dies immediatè ſequentes feriati, intelligitur ſemper de die ſequenti iuridico: ita de iure communi eſt text. in l. dies ibi differat C. de ferijs, Bartol. in tractatu de ritu iuditior. in princ. verſ. item quod, Afflict. in rubr. conſtitut. ſi quem noſtrorum verſ. tertia concluſio nu. 6. & in Regno ritus Magnæ Curiæ 80. vbi Carauit. tradit limitationes in alijs cauſis, ac etiam rit. 224. & 226. in fin. debet tamen in actis ſcribi ſic.

Die tali non fuit recta Curia ob feſtum dominicale, feſtum Sancti Ioannis, vel Pauli, vel talia, & talia feſta, & ideò non fuit accuſata contumacia. **Et hoc loco eſt annotandum_,**

5 quod prima cótumacia poteſt, & debet accuſari etiam eo die, quo Curia ob impedimenta_, vel alia facienda non regitur, dummodò ſi voluiſſent Iudices, regi potuiſſet: & ſi non accuſatur citatio intantum expirat, quod etiam die ſequenti accuſari nequit ritus 227. & 225. vbi Carauit. dixit hanc accuſationem fieri poſſe, etiam coram Magiſtro actorum, vel ſcri-
6 ba omni hora eius diei, & ſic ſeruatur Côſentiæ, & Neapoli, alijſque in locis, vbi ſemel bis, vel ter in hebdomada regitur Curia, quo ad contumacias: nam alijs diebus, quibus curia, quo ad eas non regitur, regi tamẽ potuiſſet, accuſantur primæ contumaciæ, vt ſupra.

7 Ergo accuſata prima contumacia eſt in poteſtate Actorum accuſare vltimam elapſo triduo curia tamen ad hoc ſedente, vt ſupra, vel expectare_, & ſi noluerit expectare, poteſt
8 vſque ad menſem, ſi citatio facta eſt contra exiſtentes in ciuitate, & diſtrictu: ſi verò contra exiſtentes extra ciuitatem vſque ad duos menſes, infra_ quos procuret omninò accuſare vltimam contumaciam_, aliàs citatio ipſa expiraret, & circumduceretur, de hoc eſt ritus Mag. Cur. 126. & 123. vbi Carauit. nu. 8. dixit ita ſeruari in Regia Audientia Principatus citra_.

**( Adde.**

( Adde. Et eſt aduertendum, quod quoties incidit menſis triginta vnius dierum, ille attenditur, vt currit, & non computatur, vt ſit dierum triginta, adeò quod incuſata contumacia prima die 13. Octobris, & vltima ſub die 13. Decembris procedit incuſatio, & non dicitur circumducta citatio, licet duo menſes ſexaginta dierum ſint inter primam, & vltimam contumaciam excluſiuè, vt in Sac. Conſ. deciſum retulit D. de Franch. deciſ. 471.)

Ratio autem introductionis huius dilationis, ſiuè temporis vnius, vel duorum menſium, & non vltra circa accuſationem vltimæ, eſſe poteſt, quia cum iuditialis, vel legalis dilatio
9 nunquam debeat eſſe tanta, quæ terminum inſtantiæ principali iuditij datum ſuperet, ac excedat, ſecundum Bart. in l. 1. num.... ff. de gland. legend. eundem in l. ædita nu.... C. de edendo, notauit Ant. de Butr. in cap. 2. de dilat. facit text. in l. petendæ C. de tempor. in integr. reſtitut. & in l. aufertur §. qui compenſationem ff. de iure fiſci, Bald. in auth. & conſequenter num.... C. de ſentent. & vt aliàs diximus ſupra in rubrica præſentet inſtrumentũ in Curia nu. 2. inſtantia in iuditio liquidationis cum ſit bimeſtris; ideò citatio, & dilatio debet eſſe huic tempori conueniens, ita vt illud non excedat, vt in dicto ritu 123. Quinimò creditorem, ſi voluerit, in totum deſiſtere poſſe ab accuſatione vltimę nu. 2. dicto ritu dixit Carauita, quicquid ritus 183. in contrarium dictauerit cum non ſit in vſu, & contra eum vſu contrario itum ſit. Si verò noluerit deſiſtere, vel expectare poſt primam elapſo triduo, poterit ac debebit Curia ſedente ad hunc actum exequendum perſonaliter comparere, & incuſare vltimam, ita dicunt ritus prædicti 123. & 223.

10 Verùm aduertendum eſt hic, quod ſi alicui venit accuſanda vltima contumacia, & ſic venit condemnandus poſt aliquas ferias puta Paſchatis, Natiuitatis, vel Meſſium, quia fortè eſt elapſa contumacia, ac tranſcurſum triduum, non poterit vltima accuſari, nec debitor condemnari primo die iuridico poſt dictas ferias; ſed expectabitur de æquitate, & in ſequenti Curia condemnabitur, vt habetur in ritu 208. & ſeruatur id quoque in Archiepiſcop. Cur. Neapolitan. per ritum 19. eiuſ-
11 dem Curiæ, & eo, atque alijs caſibus debet debitor in banca per tubittam, vel præconem vocari Curia pro Tribunali ſedente ad eum actum, licet in prima non ſederit, & parte inſtante fiet interlocutoria in eũ, qui ſequitur modum.

Qui

Qui citatus, vocatus non comparuit, neque aliquis pro eo, ideò fuit reputatus contumax, & condemnatus ad pœnam in citatione contentam, & dictum, quod exequatur cõtra ipſum realiter, & perſonaliter ad electionem creditoris pro debito in ipſa citatione contento, ita Carauit. in ritu 170 poſt nu.11.quicquid dictus ritus, & alius in ordine 180. circa tertiam bonorum mobilium diſpoſuerit, vigore cuius decreti capi poteſt debitor de perſona,& carcerari, tum quia
12 ita fuit interlocutum, tùm quia, vti contumax dicitur de fuga ſuſpectus, & per conſequens capi poteſt, vt in ritu 172. idque fieri poteſt non ſolùm elapſo menſe,vt in rit.220. ſed etiam ſequenti die poſt contumaciam contractam, vt per Carauit.dicto ritu nu.7. & ritu 212.
13 Pœna autem contumaciæ ſuper tenore inſtrumenti, vel accuſationis ipſius eſt trium, vel duorum tarenorum ad minus pro vncia debiti, attenta facultate debitoris, prout in inſtructionibus,quæ dantur cõmiſſarijs, qui ad contumacias exigendas expediuntur, contineri dixit Carauit.ritu 133.nu. 3. & dixi duorum ad minus, quia Regens Magnæ Curiæ ha-
14 bet facultatem componendi illas contumacias,& remittendi tertiam partem,vt perRobert. conſiderat.4. num. 41. & adeſt Regia pragmat.11.§.quod quidem capitulum de officio Magni Iuſtitiarij, idque procedit vſque ad ſummam ducatorum triginta, ſupra verò non poteſt ſolus Regens; ſed in banca cum interuentu Iudicum, Aduocati fiſci, & Perceptoris, & non vltra tertiam partem remittet: & quando vult vltra remittere non faciet niſi conſulto Prorege, qui etiam porrectis precibus aditus per debitores ſolet facere gratiam de medietate pœnæ, ſoluta alia infra certum tempus, vt ego pro Patria, contra quam pro certa ſumma liquidatum fuerat inſtrumentum in perſona particularium per Lucium Spataforam, obtinui.

In ea verò adeſt vetus, ac præſcripta conſuetudo, & ſolitum Curiæ, vt ſcilicet pro ſingulis vncijs debiti ſoluatur tarenus vnus pro pœna inſtrumentorum, & obligationum incuſatarum.

Sed iuxta prędicta aduertas, quod ſi plures ſunt citati ſuper tenore inſtrumenti, & comparente vno in vltimo peremptorio comparet quoque creditor, qui vult procedi facere contra non comparentes ad contumaciam, & condemnationem;
15 contra verò comparentem ad liquidationem, hoc facere non prohibe-

prohibetur, per notata à Carauit. ritu 207. num. 4. & ſi vellet ſuperſedere contra aliquos poſſet etiam, contra quos ſi agere poſtea intenderet, licet ſecundum dictũ ritum noua ſit opus citatione: tamen quod eadem mediante procedere ad vlteriora valeat, antequam tamen ſit circumducta, dixit idem Carau. vbi ſupra nu. 2.

At pro complemento huius rubricæ aduertendum eſt, quod id, quod dixi creditorem debere perſonaliter in Curia comparere ampliatur, & limitatur multipliciter, &

Primo ampliatur procedere in carcerato in carceribus Magnæ Curiæ, vel alterius loci, &
16 tribunalis: is enim tempore, quo vult accuſare vltimam contumaciam, & vocari facere debitorem, debet procurare licentiam, vt poſſit aſcendere perſonaliter ad locum, vbi regitur Curia cum Alguzerijs ad inſtandum pro vltima contumacia, & vt debitor condemnetur, aliàs nulla eſſet liquidatio, & condemnatio, & ita dixit ſeruari Robert. conſiderat. 4. num. 5. & Carauit. ritu 166. num. 23.

17 Secundo ampliatur procedere in creditore infirmo, & impedito alijs impedimẽtis, idem Robert. loco citato num. 6. & Carauit. nu. 22. & quidem infirmus debet hoc caſu conduci per aliquos in ſede ad locum, vbi Curia regitur.

18 Tertio amplia in creditore minore cum diſtinctione, de qua per eundem num. 34. nos diximus in prima ſecundæ par. rubric. & cuius nomine agat, num. 4.

Limitatur autem multipliciter, & primo limita in creditrice moniali clauſtrata, quo caſu ſeruabitur id, quod diximus in prima ſecundæ part. rubr. aduertat ad perſonam ſuam num. 2.

19 Secundo limitatur in quauis alia muliere honeſta creditrice, quæ non in Palatio Curiæ; ſed in Eccleſia Curiæ propinquiori compare tenetur iuxta ea, quæ dicta ſunt, vbi ſupra num. 1.

20 Tertio limita in infirmo ſi obtinuiſſet Regiam diſpenſationem, tunc enim ad palatium non accedens conductus, vt ſupra, poteſt facere liquidationẽ domi, quo caſu accedet Actuarius ad illam faciendam eo reperto infirmo, & ita obſeruari vidiſſe per Magna Curia de anno 1594. dixit Ioan. Franc. de Leonardis in Praxi officialium cap. 13. nu. 46.

21 Citra verò Regiam diſpenſationem ſi nullo modo ob infirmitatem creditor poſſet ad Curiam venire non mittetur Actuarius, quinimò nec accedet Iudex, vt deciſum in Sacr.

Conſ.

Conſil. refert de Franch. deciſ. 676. in 4. part. cuius meminimus ſupra rubric. aduertat creditor ad perſonam ſuam num. 33. at eo caſu ſuperſedebitur in liquidatione, vel condemnatione, donec conualuerit, & ſi citatio, vel accuſatio contumaciæ primæ eſſet antiqua, adeò quod dubitaretur, quod expiraret, parte inſtante prouidetur per Iudicem vnica prouiſione, quod ſuperſedeatur donec infirmus creditor conualuerit, & interim citatio non expiret, & eo poſtea conualeſcente, & ad Curiam veniente vocabitur debitor, & non comparens condemnabitur abſque aliqua requiſitione prius facienda, & hoc quando debitor nullatenus comparuerit: ſi verò tempore vltimæ comparuerit, & fuerit ſuperſeſſum vſque ad creditoris cõualeſcentiam, tunc priuſquam vocetur debitor in banca in vltimo peremptorio, eſt neceſſaria requiſitio, cum aliàs ignoret, quando creditor conualeſcens procedere, & comparere in Curia voluerit, ita Foller. ad Marant. par. 6. actu 8. num. 6. & Carauit. ritu 166. num. 22. Ioannes Paulus Galterius.

## Audiantur excuſatores. Rubr. IV.

### *SVMMARIVM.*

1 *Cauſa liquidationis inſtrumentorum eſt criminalis, & ideò in ea Procurator non admittitur, niſi in caſu infirmitatis neceſſariò, nu. 4.*

1 *Media cauſæ quæ ſint.*

3 *Subrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur.*

4 *Infirmitas citati per quos poſſit allegari, & vide practicam, & caſum numer. 5.*

9 *Prægnans citata per procuratorem, vel amicum excuſari poteſt.*

7 *Abſentia citati ſuper tenore inſtrumenti per quos allegetur, & quando admittatur.*

8 *Forma comparitionis pro excuſatione abſentis.*

9 *Forma decreti in excuſatione abſentis.*

10 *Procurator, amicus, vel conſanguineus admittitur ad excuſandum abſentes ſine ſatiſdatione de rato, & de præ-*

*præſentando citatum.*

11 *Abſentia, ſi malitioſè opponatur non iuuat oppoſitio.*

12 *Contumax non gaudet exceptione abſentiæ.*

13 *Pro contumaci nemo loqui debet.*

14 *Carceratio citati excuſat à liquidatione inſtrumenti.*

15 *Carceratio quando dicatur procurata, vt liquidationem non impediat.*

16 *Captiuitas citati oppoſita liquidationem impedit.*

17 *Hoſtica exceptio pro citato oppoſita liquidationi eſt, impedimento.*

18 *Exul, vel relegatus pendente exilio, vel relegatione non poteſt ad ritus formam conueniri, vt condemnetur.*

19 *Inſtrumenti illiquiditas executioni præbet impedimentum.*

20 *Inſtrumenti inualiditate reperta ad liquidationem non proceditur.*

21 *Inſtrumentum non ſtipulatum de facie ad faciem non meretur ad ritus formam executionem.*

22 *Nullitas citationis, ſiuè relationis impedit liquidationem, & per Procuratorem allegari poteſt.*

Debitori in vltimo peremptorio non comparenti clarum eſt, quod accuſantur contumaciæ, vt abundè in præcedenti rubrica dictum eſt vſque adeò, vt neque eius Procuratore amico, vel conſanguineo comparentibus, & ipſum excuſantibus regulariter impediantur.

1 Ratioque eſſe videtur, quia cauſa inſtrumentorum liquidandorum dicitur eſſe criminalis, & in criminalibus non admittitur Procurator etiam ad media, vt habetur in cap. veniens de accuſation. & l. penul. §. ad crimen ff. de public. iudit. & per Afflict. in deciſ. 64. Grauin. part. 2. declarat. 24. num. 95.

2 Et media cauſæ ſecundum Bald. in l. ſeruum quoque §. publicè num. 5. ff. de Procurat. ſunt quæ accidunt poſt conteſtationem litis, & ante ſententiam, qualia ſunt exceptionum peremptoriarum propoſitio, Teſtium examinatio, inſtrumentorum productio, eorumq; repulſa, & impugnatio.

Neque obſtat ritus Magnæ Curiæ in ordine 109. dicens, quod cauſa inſtrumentorum eſt ciuilis, neque etiam ritus 302. qui dum concedit, vt Curia



Digitized by Google

ria Capitanei, quę Neapoli antiquitus extabat cognoſcat de cauſis criminalibus, & prohibet cognitionem cauſarum ciuilium, & inſtrumentorum, videtur præſupponere eam ciuilem, quia primus ille ritus facit pro noſtra concluſione, dicit enim, quod Procurator etiã ad media non admittitur, & dum ipſe, & ritus 302. dicunt, quod ſit ciuilis intelliguntur quo ad id, quod petitur in inſtrumento, & ſic ratione debiti in eo contenti, ſecus autem quo ad periurium, in quod debitor incidit, pro quo erat pœna manus ſtatuta per ritum 179. & cuius reſpectu Procurator non admittitur, ita reſpondet Carauit. in dicto ritu 109. nu. 3. in fine, & diſcrepantiam concordat.

Neque obſtat ſecundum ipſum ſi diceretur, quod cum ab hac pœna manus ſit hodie receſſum, & exigantur tantum duo, vel tres tareni, & alibi minus pro vncia, vt ſupra diximus, videatur quoque receſſum ab omnibus, quæ ratione prædictorum ſtatuta erant, & ſic, vt admittatur Procurator, quia reſpondetur per eum numer. 2. quod cum huiuſmodi pœna pecuniaria ſucceſſerit in locum illius antiquę perſonalis, ſequitur quod ſit eiuſdem poteſtatis, atque effectus, cum ſubrogatum ſapiat naturam eius, in 3 cuius locũ ſubrogatur l. ſi eum §. qui iniuriarum ff. ſi quis caution. & l. ſi donare §. ſponſus ff. de donation. inter vir. & vxor. & ex conſequenti, ſicut quando imponebatur pœna manus non poterat in cauſa interuenire Procurator, ita hodie poſſe interuenire non debet.

Accedat quod ſemper origo inſpici debet, argum. l. qui id, quod, cum ſimil. ff. de donat. dixitque in terminis noſtris per doctrin. Guid. de Suzaria in l. reos C. de accuſation. Guid. Papæ deciſ. 338. nu. 5. atque hanc concordantiam ſequitur de Franch. deciſ. 162. num. 15. vbi per text. in l. congruentius C. de patria poteſtate l. parẽs, verſic. ſed nec famoſæ, eum legibus ſequentibus ff. de obſequ. præſtand. & per doctrinam Salyceti in l. iniquum colum. final. C. qui accuſare non poſſunt, quod filius non accuſat patrem, inclinauit, quod filius via ritus non liquidet contra patrem, & nos quoque tetigimus ſupra rubr. aduertat inſuper ad debitorem nu. 60. & 61.

(Adde. Faciunt notata per D. Regentem Tapiam ex allegationibus D. Camilli Villani ad dictum ritum 166. fol. 239. & 240. vbi concluſit cauſas liquidationum vti merè criminales non poſſe ſpectare ad Baiulum, & ita in Regia Camera refert deciſum inter Vniuerſitatem

ſtante, & non ſine cauſa dixi exiſtentis extra ciuitatem: nam ſi eſſet in ciuitate, tunc pragmatica non habet locum, & decernitur, quod Iudex hebdomadarius accedat ad domũ debitoris, vna cum creditore ad faciendam liquidationem, & eo reperto infirmo fit interrogatio, & liquidatio, & poſtea eidem præceptũ, quod durante infirmitate non diſcedat à domo, & quod caueat de ſe præſentando ad carceres quamprimum conualuerit abſque requiſitione, Robert. vbi ſupra num. 19. Scaglion. rit. 163. num. 63. & latius Carauit. d. ritu 267. per quos etiam vide quid dicendũ, quando creditor allegaret infirmitatem lenem, & an fides Medici vnius ſalariati de publico ſufficiat?

5 Sed iuxta prædicta quæro. Quidam debitor carceratus, vt infirmus fuit habilitatus ad eius domum per dies decem ſub fideiuſſoribus de ſe præſentando intus carceres, vel de concordando eius creditores, & quia infra hunc terminum fuit maiori infirmitate grauatus, fuit ipſius nomine petitum à Iudice, vt prorogaret terminũ ſtante, quod ob grauiorem infirmitatem ſe repræſentare non potuit, nec poteſt; Iudex habita fide à Medico de dicta infirmitate prorogauit terminum per alios dies decem interponendo decretum, quod prædictus habilitetur per alios dies decem renouata cautione, comparuerunt fideiuſſores, & proteſtati ſunt, quod ipſi non poſſunt repræſentare dictum debitorem ob eius grauiorem infirmitatem, & proinde cum Iudex iterum eum habilitauerit renouata cautione, ipſi non intendunt amplius fideiubere, ac pro illo teneri, & quod iubeat Iudex illum ad carceres redire, Iudex deinde nullam fecit prouiſionem, nec cautio fuit renouata, debitor interea aufugit, numquid fideiuſſores teneantur?

* Magna Curia abſoluit fideiuſſores, Sacrum Conſilium condemnauit, vt refert Muſcatellus in praxi fideiuſſoria modo 8. num. 15. ipſe dicit fuiſſe reclamatum, atque defendit fideiuſſores videte in facti contingentia ſi placet.

6 Superiora autem, quæ diximus de infirmo procedere quoque in muliere prægnante dixit prædictus ritus, & Foller. in praxi criminali verſ. eodem noſtro nu. 30. & Guid. Pap. deciſ. 256. & 445. nu. 5.

7 Secundo impediuntur, quando conſanguineus, vel amicus compareret, & pro citato allegaret abſentiam, nam eo caſu admittitur; verùm debet præſentare petitionem, & in ea exponere, & narrare cum iuramento,

mento, quod debitor citatus, tàm tempore citationis, quàm ante,& poſt erat, & fuit abſens à loco in quo fuit citatus,& reperitur in tali loco,ſiuè iuit ad talem locum, cuius forma erit eiuſmodi.

8 In Magna Curia Vicariæ (ſiuè alibi) comparet N.N. amicus,conſanguineus,ſiuè procurator N. dicens ad ſui notitiam deueniſſe per ipſam Curiam ad inſtantiam N.fuiſſe citatum ſuper tenore inſtrumenti dictum N. qui quoniam antequã per verbalem citationem appræhenderetur,diſceſſit à dicto loco,vel terra,& ſe contulit ad talem locum, vbi ad præſens eſt; (ſi certus eſt ibidem eſſe, ſi autem incertus non apponat verba, vbi ad præſens reperitur,vel eſt) ideò ipſum excuſat petens ad actum contumaciæ, vel alium non procedi; ſed ſibi præfigi, & concedi competentem terminum ad eum certiorem faciendum, ſiuè eidem denunciandum omnia prædicta, & comparere faciendum omnimodo meliori, &c. ita de hoc eſt ritus Magnæ Curiæ 266.qua petitione habita debet Iudex attenta diſtantia locorum ſit interloqui.

9 Et per Curiam fuit eidem N.impartitus terminus dierum tot ad denunciandum dicto N. vt compareat in præſenti cauſa,& interim citatio non expiret,per hoc ſuum,&c.& ſic non ſit condemnatio ſicut in alijs cauſis criminalibus quando rei citantur ad informandum, vt belle dixit Caràu. in d.rit.266. nu.2.& 166.nu.15.& aduertens, quod quãdo neſcitur locus, vbi citatus ſit,datur breuior terminus arbitrio Iudicis, idem in d. rit.266.nu.3.

10 Quàm practicam ampliabis procedere,vt ille amicus, ſiue maſculus,ſiuè fœmina admittatur,etiam ſine mãdato,& abſq; ſatiſdatione de rato, & de præſentando citatum finita cauſa abſentiæ, vt per allegatos Doctores,vbi ſupra.

11 Sed limita tamen prædicta multis modis, & primò non procedere, quando abſentia oppoſita eſſet malitioſa,qualis præſumitur ſi debitor ſe abſentauit,quia ſe citandum ſciebat: hinc eſt, quod creditore dicente abſentiam allegatam nõ eſſe veram,decernitur,quod capiatur informatio, & conſtito, dilatione ad comparendum conceſſa minimè gaudeat,Robert. conſid.4.nu.13.

Secũdo limita in citato perſonaliter, tunc enim abſentia malitioſè opponi præſumitur, & non iuuat,& ſic præmiſſa verificantur in citato domi, Carauit.d.rit.266. nu.7.

12 Tertio limita, quando citatus ſuper tenore,excuſatuſque; vt abſens eſſet contumax pro

aliquo

aliquo crimine, vel etiam bannitus in eodem tribunali, tunc enim nulla dilatio ad comparendum danda eſſet; nam pro
13 contumace nemo loqui debet, vt in rit. 220. Carauit. vbi ſupra, Robert. nu. 14.

Si autem abſentia eſſet vera, & iuſtè admiſſa, tunc elapſo termino ad comparendum præfixo, debet iterum vocari debitor Curia pro tribunali ſedente inſtante creditore, vt ſupra perſonaliter, & niſi compareat efficitur contumax, vt per prędictos in locis citatis.

14 Tertiò contumacia ſuperſedetur ſi allegaretur carceratio ipſius citati, quo caſu licèt perſonaliter non compareat, tamen aliquo excuſante non condemnabitur, atque in Regno huiuſmodi exceptio hoc modo practicatur, quod ſi citatus detinetur carceratus à Iudice alio in eodem loco, in quo citatur per alium Iudicem, vt potè Neapoli in Curia Magni Admirati maris, vel Conſentiæ in Curia Locumtenentis, & citaretur in Magna Curia Vicarię, vel in Regia Audientia, in vltimo perẽptorio ſufficit, quod doceatur de carceratione per fidem authenticam in charta bombicina per manum Notarij Curiæ, ſiuè Officialis: ſi verò detinetur carceratus ab alio Iudice extra locum, ſiuè diſtrictum, & vltra dictam, tunc fides carcerationis debet eſſe in forma probante, vel per litteras Officialis detinentis ipſum carceratum cum ſigillo Curiæ, ſeù dicti Officialis, & docto de carceratione, vt ſupra, decernitur, quod ſuperſedeatur in condemnatione debitoris carcerati, & ſi eſt ſuſpectus de fuga, aut alijs debitis grauatus, ſolet fieri pręceptum Iudici detinenti ſi eſt inferior, ſeù ſubditus Iudici citanti, quod non liberet carceratum eo inconſulto: ſed cautè detineat, ne fugæ ſit locus, & inde poterit maturius prouidere circa excarcerationem cum cautione de ſe præſentando, vt per Robert. conſider. 4. nu. 21. & Carauit. rit. 269. nu. 14. quem in facti contingentia vide, quia hanc exceptionem limitat non procedere.

15 Primo, quoties carceratio eſſet procurata, qualis dicitur quando facta intimatione Iudicis citantis, carceratio per alium facta eſſet, ita idem, vbi ſupra nu. 16.

Limitat ſecundo, quãdo carceratus eſſet in vinculis eiuſdem Curiæ citantis, quo caſu non ſit contumax; ſed interrogatur in vltimo peremptorio, & ſit liquidatio, & demùm empara pro debito, & pœna, vt liberatus à cauſa primæ detentionis, detineatur pro ſecunda, & ita quotidie practicari, teſtatus

M 2

ſtatus eſt Robert. vbi ſupra num. 24.

16 Quarto principaliter fit ſuperſeſſio contumaciæ, quoties principalis citatus fuiſſet factus captiuus ab hoſtibus, tunc enim perſonaliter non comparens non condemnabitur allegata per aliquem captiuitate, ita ritus prædictus 169.

Quinto, quoties quis fuiſſet citatus ante, vel poſt, quàm fuit præmonitus, vt iret ad exerci-
17 tum ad ſeruiendum Regi, eo enim caſu oppoſita exceptione hoſtica per ipſum, vel amicum, de qua in Conſtit. Regni Hoſtici exceptio, de except. hoſtica proponen. non poſſet moleſtari per dies quindecim ante acceſſum, & per totidem poſt receſſum ab exercitu; ſed in cauſa ſuperſedebitur, vt dicta Cõſtitutione cauetur, quod ampliauit Foller. in praxi criminali rubr. eadem noſtra nu. 22. in eo, qui voluntariè acceſſit ad exercitum proprijs expenſis; ſi tempore citationis ibi reperiebatur, vel erat in via, & vide, quæ diximus infra rubric. verùm debitor de perſona nu. 22. & ſeqq.

18 Sexto, quando citatus eſſet exul, vel relegatus ijs enim caſibus, ſi quis afferat fidem exilij, vel relegationis, vel ſententiam non condemnabitur, & ſic pendente exilio, vel relegatione ſuperſedebitur adeo, quod nec in bonis contra ipſum fiet executio, Robert. conſiderat. 4. num. 17.

(Adde. Quod ſi quis debitor fuit citatus, vt laicus, & allegaretur ipſum eſſe clericũ, & per procuratorem præſentarentur bullæ clericatus, & opponeretur fori declinatoria, an admittatur? Hic caſus accidit tempore iudicatus in Magn. Cur. Domini mei Aloyſij de Nieueſa viri integerrimi, & ob eius præclaras virtutes nunquam ſatis laudati, qui retulit ipſum cum collegis hãc exceptionem admiſiſſe: tu verò vide ritum Mag. Cur. 235. ac diſcuſſa per D. de Franch. deciſ. 329.)

19 Septimo ſi allegaretur inſtrumentum illiquidum: nam lecto inſtrumento, & conſtito de illiquiditate ad liquidationem nõ procedetur ex quo rit. 167. de inſtrumentis liquidis loquitur: illiquiditas aũt conſiderabitur ex notatis per Carau. ibidem, & per nos in 3. par. part. in princ. nu. 1. & ſeqq. quo caſu ſolet decerni, quod procedatur ordinariè, ſecundum Robert. conſiderat 4. nu. 25. cum ſeq.

20 Octauo ſi allegaretur inualiditas inſtrumenti, vt quia non eſſet ſubſcriptum à teſtibus requiſitis per Conſtitut. inſtrumentorum robur, & non literatis, vbi literati eſſent: eo enim reperto, & inualiditate viſa ad liquidationem non proceditur, ita

ita Carauit. d. ritu 166. num. 9. & 18. & de numero teſtium diximus etiam nos ſupra in prima primę partis rubr. in forma publica nu. 25.

Nono, ſi allegaretur, quod inſtrumentum non fuit de facie ad faciem ſtipulatum, vt
21 quia debitor obligatus, vel creditor ſtipulatus fuit nomine alterius, ſecundum Affliſt. in deciſ. 64. & quid hoc caſu ad euitandam hanc exceptionem practicatur, diximus in rubrica ſupra; & cuius nomine agat, num.

22 Decimo, & vltimo, quando allegaretur nullitas citationis, vt quia in ea deficit peremptorium, vel æquipollens, deeſt penitus relatio, vel quia fuit facta ſine teſtibus in caſu, quo requirebantur, vel quod intimatio fuit facta die feſto, vel alio, de quibus ſupra rubrica expediatur citatio: diximus, tunc enim admitteretur procurator, ita Robert. conſider. 4. num. 30. vſque ad nu. 36. & Carauit. vbi ſupra num. 16. & inſpecta citatione, & apparente defectu contra debitorem ad vltimam contumaciam non procedetur. Io. Paulus Galterius V. I. D.

## Exequatur contra contumaces. Rubr. V.

### *SVMMARIVM.*

1 *Practica poſt executionem factam contra contumaces, & circa executionem ipſam faciendam nu. 5. 6. & 10.*

2 *Hypotheca reſultans ex guarentigia habet vim pignoris iudicialis.*

3 *Precarium an, & quando in obligationibus ſubintelligatur.*

4 *Executio realis, & perſonalis contra contumaces ſuper tenore inſtrumenti an feriatis diebus fieri poſſit?*

7 *Habens debitoris bona obligata exequi poteſt in rebus ſibi vicinioribus.*

8 *Melius dicitur, quod creditori placet.*

9 *Diuidens rem cum alio communem poteſt rem, & portionem rei proprię viciniorem optare.*

10 *Boues aratorij, & inſtrumenta ad agriculturam pertinētia capi non poſſunt pro debito, niſi adſit diſpenſatio nu. 11.*

12 *Mobilia ad uſum quotidianum deſtinata pro executione capi non poſſunt.*

13 *Executio in bonis debitoris, & non alienis fieri debet.*

14 *Executionem allegãs factam in bonis alienis, & non probans in ducatis duodecim punitur.*

15 *Literæ executoriales expeditæ per Iudicem defunctum, adhuc ſunt validæ contra debitorem principalem.*

QVia multoties debitores citati, indurati non comparent, neque per ſe, neque per interpoſitam perſonam, quæ ipſos excuſet, vnde contra eos proceditur ad contumacias, & ad decretum relatum ſupra in rubr. credit. perſonal. compar. accuſ. contum. nu. 11. quod exequatur realiter, & perſonaliter, & ſæpè, cum de perſona haberi nequeat, intẽtatur executio realis, ideò de hac diſſerendum.

Vnde breuiter ſcias, quod licet antiquitus de iure rituum 170. & 180. contra ipſum debitorem citatum ſuper tenore inſtrumenti relatum, & contumacem prouidebatur, vt creditor mitteretur in poſſeſſionem bonorum ipſius ex primo decreto iuxta diſpoſitionem iuris communis, de quo in l. fin. vbi gloſ. C. vbi in rem actio, & auth. ei, qui iurat iuncta gloſ. C. de bon. auth. iud. poſſid. cum ſimilibus, & interim pendente contumacia creditor faciebat rei fructus ſuos, ſi inſtrumentum erat de per ſe liquidum, de qua practica per doctrin. Bened. de Barz. 2. par. 2. q. 18. ſenſit Frecc. par. 16. q. 5. vbi hoc potius vi debiti, quam contumaciæ fieri di-
1 xit: tamẽ hodie aliter ſeruatur, nam virtute decreti, quod exequatur realiter, & perſonaliter expeditis literis executorialibus, & facta executione in bonis proceditur ad mandatum ad reluendũ, infra tot dies, alias ad pignoris, vel rei venditionem procedetur, de quo in leg. creditor C. de diſtract. pignor. quibus elapſis, ac accuſatis cõtumacijs, modo quo diximus ſupra rubr. 2. nu. 4. 5. & 10. debitore non reluente fit decretũ de vendendo, ideſt quod vendatur res executa tribus legitimis ſubhaſtationibus præcedẽtibus, videlicet ſingulis, ſingulis tribus diebus, de quibus in l. ordo C. de execut. rei iudic. & l. 2. & fin. C. de fide inſtrument. & iure haſtæ fiſcal. lib. 10. & cãdela accenſa, & extincta vltimo licitatori, & plus offerenti liberatur, auth. hoc ius porrectum C. de ſacroſanct. eccleſ. gloſ. in l. quæcunque C. de fide inſtru-

Digitized by Google

inſtrument.& dicto lib.10.

Et de pretio ſatisfit credito-
ri, & ſi quid ſupereſt ſoluitur
debitori,iuxta l.fin.§.ſin autem
C.de bon.auth.iud.poſſid.& ita
practicatur abſque expectatio
ne trium mẽſium, quorum lap-
ſus requiritur,quando aliàs ci-
tatio fit cum clauſula iuſtitiæ,
& executio ex primo decreto,
vigore contumaciæ ex Regia
Pragmatica.relatione,de ordi-
ne iuditiorum, & alterius de-
creti ſecundi, quod non requi-
ritur, vt benè notandum dixit
Carauit.d.ritu 170. num.11. &
180.nu.1.

2 Ratioque ſecundum nos du-
plex eſſe poteſt, vel & prima,
quia hypothcea reſultans ex
guarentigia habet vim pigno-
ris iudicialis, Bart. in l. cum
vnus nu... ff.de bon.auth.iud.
poſſid. Alex.in l.à Diuo Pio §.
ſi ſuper rebus nu... ff. de re iu-
dic. Galleſ. de obligat. Camer.
par.1.q.2.nu.26.

Vnde quemadmodum in eo
nihil requiritur,niſi vt fiat Lui-
tio, ita facta executione vigo-
re guarentigiati inſtrumenti iã
expreſsè, vel per contumacias
tacitè per doctrin.Freccia,vbi
ſupra liquidati.Vel & ſecunda,
quia cum hodie inſtrumenta
contineant prædictam guaren-
tigiam, quæ habet vim ſenten-
tiæ, vt latè probauimus ſupra
in rubr.curet creditor habere
inſtrum. nu. 17, ſicut creditor,
qui obtinuit pro ſe ſententiam
exequitur ex cauſa iudicati nul
lo inde expectato ſecundo de-
creto, vel trimeſtris temporis
lapſu,vt cunctis patet;ita quã-
do expeditur executio vigore
inſtrumenti publici guarenti-
giati, vel obligationis. Eſt ta-
men verum, quod Robert.con-
ſider.4. num.44. dicit prædicta
procedere, quoties in inſtru-
mento ipſe debitor vltra obli-
gationem bonorum conſtituit
ſe precario nomine, ea poſſide-
re, iuxta notata in l. interdum
ff.de acquir.poſſeſſ.& quidem
(dicit ipſe) reuocato precario
poterit procedi ad vẽditionem
prædictam non expectato lap-
ſu trimeſtris temporis citato
prius debitore adſoluendum,
vel reluendum bona, vel ad di-
cendum cauſam, quare bona
executa non debeant vendi ſtã-
te reuocatione precarij, vt in
l. creditor,la prima, C. de di-
ſtract.pignor.l.fin. C.de iur.do-
min.impetrando,& l.debitores
C.de pignor.vbi gloſ.& Afflict.
deciſ.358.quæ citatio, vt ſupra
vocatur mandatum ad reluen-
dum reuocato precario, atque
ita ſeruari in Mag.Cur. Vicar.
teſtatus eſt.

3 Ego autem dicerẽ, quod pre-
carium ſi non eſt appoſitum
expreſsè, ſubintelligitur ſem-
per in inſtrumento, vel obliga-
tione quando adeſt dictio, &c.
& Notarius, ſiue Actuarius eſt



Digitized by Google

viuus, ſolituſq; fuit illud in ſimilibus inſtrumentis, vel obligationibus apponere ex doctrina allegatorũ ab Vrſill. ad Afflict. in deciſ. 139. num. 5. & 6. & nos diximus etiam ſupra rubr. vel reaſſumptum nu. 51. Atque huiuſmodi executio realis ſicut etiã perſonalis poteſt fieri diebus feriatis, non modo ob vtilitatem hominũ, vt ſunt illi meſſium, & vindemiarum; ſed etiã ad honorem Dei, non tantum ex cõſuetudine, at de iure, quoties incuſatio, & decretũ, quod exequatur fuerit factum die nõ feriato: quinimò etiam ijs diebus feriatis, maximè propter vtilitatem hominum expediri poſſunt literæ executoriales, quia cauſæ cognitionem non deſiderant, & ita fieri, & ſeruari dixit Carauit. rit. 172. num. 4 & ſeq. & ante eũ, ita tenuit Guid. Pap. deciſ. 215. excipias tu diem Dominicum, vt per eundem d. deciſ. num. 5. quam vide, quia pulcherrima, & eam fortè Carauit. non vidit.

4 Quicquid tamen ſit hodie huiuſmodi executiones impediuntur, (& benè) per Capitula Synodalia, quæ per Epiſcopos, ac Ordinarios locorum in Diœceſibus fieri conſueuerunt, & hoc in ciuilibus cauſis ne homines à cultu diuino diſtrahantur, vt videre eſt per ea, & Neapoli eſt conſtitutum per cap. 1. §. ceſſẽt de Dominicis, feſtiſq; diebus.

Aduertẽdum tamen eſt, quod quamuis in executione facienda, traditus ſit ordo ſeruandus in l. à Diuo Pio §. in venditione ff. de re iudic.

5 Vt primo loco exequantur mobilia, deinde ſtabilia, iura, & actiones, & demùm de perſona capiatur: tamen is ordo ſeruabitur, quoties intentatur actio perſonalis, ſecus ſi actio hypothecaria, Socc. conſ. 158. nu. 27. vol. 2. Maranc. par. 6. verſ. & demum aduertatur circa execut. nem...

Vnde cum in omnibus inſtrumentis, & obligationibus hodie apponatur obligatio omnium bonorum mobilium, & immobilium, &c. præſentium, & futurorum, cum conſtitutione precarij, & alijs clauſulis, & dùm creditor petit illorum executionẽ, videtur intentare actionem hypothecariam, & illa concedatur, cum ſit decretum, quod exequatur realiter, & perſonaliter ad electionem creditoris, ſi voluerit exequi in bonis, poterit, omiſſo dicto ordine exequi, vnam ex rebus debitoris obligatis, quam maluerit, ita eſt text. notab. in l. creditoris ff. de diſtract. pignor. in ſpecie tenuit Hugo Donellus in tract. de pignor. poſt Neguſant. cap. de diſtract. pignor. col. 4. ac Franciſc. Bald. in ſuo tract. pignor. cap. 18. col. antepenult.

Niſi

Niſi tamen aliqua res eſſet creditori ſpecialiter obligata, tūc enim ſi illa eſt ſufficiens non poteſt alia bona generaliter obligata exequi, ita ijdem locis citatis per tex. in l. 2. C. de pign. docuerunt.

Quòd limita ſi in inſtrumēto caueretur, quod ſpecialis hypotheca generali non deroget, tunc enim quam vellet rem ex bonis obligatis exequetur cre-
* ditor, & ſic fuit in S.Conſ. deciſum teſte de Franch. Deciſ. 5. & ſi vellet exequi in ſtabilibus poſſet à fortiori executio-
7 nem facere in ſtabilibus ſibi viciniori bus, & rei ſuæ magis adiacentibus iſta eſt doctrina ſingulatis Lucæ Penenſ. per illum tex. in l. quicunque deſerta verſ. illud, penult. colum. C. de omni agro deſerto lib. 11 & hoc per text. in auth. de fideiuſſor. §. rerum vero ibi me-
8 liora apud creditorem, deteriora apud debitorem: melius autem dicitur, quod creditori placet l. exigendi. C. de procurat. ſicut etiam dicimus, quod q habet bona vicina, ſi diuidit
9 cum alio pōteſt petere in ſuā portionem bona, & portionem primis bonis viciniorem. Ang. in l. non amplius. §. cum bonorum ff. de legat. 1. Capic. deciſ. 42. idque vidiſſe practicari retulit Annius ſing. 158.

10 Circa vero mobilia aduertatur, ne fiat executio in bonis prohibitis, vt puta in bobus aratorijs, & animalibus quibuſcunque vaccinis, & inſtrumentis ad agriculturam deputatis per tex. in l. executores, & auth. agricultores C. quę res pignor. obligari poſſ. & cap. pridem quod eſt 4. in ordine ſub rubr. de bobus arator. non pignoran. & licet quando alia bona debitor non habebat, vel illa animalia, & inſtrumenta in ſpecie obligabat, olim in ijs executio fiebat per cap. Regn. Conſtitutioni Boues num. mihi 156. ſub eadem rubr. vnde creditores ſibi cauebāt per hypothecæ ſpecialis appoſitionē; vt per Maran. p. 6. d. rubr. aduertat circa execut. à num. 29. vſque ad nu. 57. tamen id quo ad animalia non habet locum hodie per Reg. Prag. 48. de off. S. Conſ. & aliam Principis Petræ Perſiæ, quibus cauetur, ne executio poſſit ex quocunque debito etiam fiſcalium functionum fieri ſuper iis animalibus, tam ad agriculturā aptis, quā non, ex cauſa, vt in illis, etiam ſi animalia eiuſmodi expreſsè, & in ſpecie eſſent creditori obnoxia, & debitor aliud non haberet, tunc enim de perſona exequi poterit, & quidem literæ executoriales debent cōtinere clauſulam, ne ſuper vaccinis exequatur.

Non tamen nego, quia ita ſtrictum ius relaxetur aliquando,

## Verum debitor de perſona comparens, vel licentietur. Rub. I.

### SVMMARIVM.

1 *Practica, quando creditor in primo, & vltimo peremptorio non comparet, vel in vltimo tantum.*

2 *Licentiato vno ex debitoribus omnes alij licentiati cenſentur.*

3 *Practica in compiratione de ſero facta, vel facienda & num. 4. & de requiſitoria, quando ex pluribus primo loco citatis, vnus inde citatur, & non comparet admittatur correus, vel conſocius, num. 6.*

5 *Citatio requiſitoria, quæ, & quando fieri debet.*

7 *Liquidatio non fit ſi præſentatur reſcriptum* P. S. R. *Conſilij, quod fiat verbum.*

8 *Forma ſupplicationis* P.S.C. *quod verbum fiat ſuper cauſa obligationis, vel publici inſtr.*

9 *Reſcriptum, ſiue ſupplicatio* P.S.C. *expeditum ad inſtantiam plurium, ſi ab vno præſentatur, iuuat omnes.*

10 *Procurator præſentans ſupplicationem factam* P.S.C. *quod ſiat verbum ad dilatandum vnius auguſtalis pœna multatur.*

11 *Fideiuſſor repræſentãs, principalem tempore relationis facienda in* S. C. *facta remiſſione ad iudicem à quo ſi principalis aufugiſſe reperiatur, an, & quando ad pœnam teneatur?*

12 *Tempore relationis faciendæ non poſſunt præſentari, vel recipi ſcripturæ, aut depoſitum ad liquidationem impediendam.*

13 *Comparens de ſero, tunc ſi quas habet ſcripturas, vel depoſitum, præſentet, aliàs non auditur alio tempore præſentans.*

14 *Creditor Curia ſedente, & non tempore relationis ſcripturas ad liquidationem coadiuuandam præſentare debet.*

15 *Actor, & reus ad imparia non debent iudicari.*

16 *Iudices Magnæ Curiæ; & inferiores non poſſunt facere*

*re prouiſiones, quod præſtita cautione per debitorem de ſoluendo ſuperſedeatur in accuſando.*

17 *Clericus debitor citatus priuilegium fori allegans cõparendo perſonaliter, & de Clericatu docendo ad Eccleſiaſticum remittitur cum ampliat.*

18 *Remiſsio petita ad ſuum Iudicem per laicum debitorẽ ſuper tenore inſtrumenti citatum non conceditur, ſecus ſi per Baronem n. 19. & in caſibus notatis n. 20 & 21*

22 *Submonitus, vt vadat ad ſeruiendum Regi in exercitu, citatus impedit ex ea cauſa liquidationem, etiã ſi debitor ex cauſa dotis. num. 23.*

24 *Opponens hoſticam exceptionem an agat contra ſuos debitores? remiſſiuè.*

25 *Hoſticæ exceptio, ſi renunciatum eſt, non iuuat oppoſitæ.*

26 *Cautela quando hoſticæ exceptioni nõ eſt renunciatũ.*

CVm ſæpiſſimè debitor confiſus in negligentia creditoris iu non comparẽdo in primo, & vltimo peremptorio, vel tantum in vltimo: & vt plurimum in reſcriptis, priuilegijs & gratijs Principum, atque in exceptionibus iuſtis in promptu apparentibus ſui facere copiam de præſentia negligit, vel tempore quo Curia regitur in alteruro peremptorio, vel de ſero recta Curia: ideò de hoc erit in hac vltima parte differendum.

1 Et quo ad primam cauſam comparitionis ſcire oportet, quòd ſi creditor non comparebit, neque in primo, neque in vltimo peremptorio, tunc ſecundum Carau. ritu 166. nu. 21. debitor poteſt, & debet citatus extra locum cum copia citationis, & relationis factæ, vel ſine cum alia tamen petitione facientem mentionem; quod fuit citatus, iuxa ritum 218. comparere, & ex eodem Carau. d. ritu 218. num. 1. & 2. & ritu 210. erit in arbitrio citati debitoris, vel ſcribere facere ſuam comparitionem pro eo die, & demum Curia pro tribunali ſedente etiam quod non ſit lapſum triduum vocari facere actorem, & creditorem eoque non comparente, neque contumaci reputato ex quo non incuſauit, ſe licentiare facere, atque licentiam annotari in petitione comparentis prædictæ, vel accuſare primam

mam contumaciam in primo peremptorio, & expectato triduo accuſare vltimam, & condemnari facere creditorem ſuū ad pœnam ſextæ partis mobilium, & ad expenſas, & ſe, ex quo citatio circumducta dicitur licentiari facere, & in eo actu, & interlocutoria dicitur, quod debitor licentiatur, & quod creditor actor fuit reputatus contumax ad ſextam mobiliū & ad expenſas. Cara. ritu 210. & 166. num. 21. vbi quoque docuit, quod ſolet prouideri per Iudices, & decerni, quod debitor, & reus licentietur, actore creditore vocato, & non comparente, & de expenſis habeatur, ea ratio, quæ de iure habenda erit. & huiuſmodi licentiatura debet in libro particulari deſcribi, vt cauetur per Regiam prag. 28. §. fin. de offi. Iuſtitiarij, ſeu Magn. Curi. Vicar.

Et quando accideret præmiſſa (quod raro fit cum à communiter accidentibus rei citati fugiant, nec ita diligentes ſunt, atque ſolliciti, vt actori contumacias accuſent, & quando ſunt ſolliciti eligant communiter remedium prius relatum quod licentientur) talis contumacia poſſet deſcribi in libro contumaciarum criminalium, & tractari, vt tractantur eorū contumaciæ in criminalibus iuxta tradita per Carauit. d. ritu 218. n. 2.

Si verò creditor comparuerit in primo, & in vltimo peremptorio, & tunc ex quo paruit primę, infra vnum menſē, ſi ſumus in ciuitate, & loco vbi expedita eſt citatio, vel infra duos, poſt triduum ſi ſumus extra ciuitatem iuxta diſpoſita in ritu 226. comparebit debitor citatus, & nulla actori, & creditori ſuo incuſata contumacia offeret ſe paratum procedere ī cauſa quatenus iuris, ſcribi curet. ſuam comparitionem, & hoc caſu fiet interlocutoria, quod actor condemnetur ad tarenos ſex, & non ad expenſas, & reus debitor licentietur iuxta ritu. 210. & ita procedit. d. titus 218. dicens contumaciam non incuſari, ſi vero debitor comparuerit poſt triduum, & poſt menſem vnum ſi in ciuitate, vel poſt duos, ſi extra, & tunc omnino contumaciam actori, & creditori in vltimo peremptorio non comparenti incuſare curet, & ita procedat ritus 226. quos contrarios ita concordes reddit Carauita dicto ritu. 218. num. quarto.

Et quidem prædicta procedunt adeo, quod ſi ex pluribus citatis pro eadem cauſa vnus comparuerit in vltimo peremptorio, & actori, ſeu creditori non comparenti accuſat contumaciam, & ſe facit, vt ſupra licentiari, creditor non poterit

rit

rit etiam infra menſem, vel duos contra alios non comparentes accuſare contumacias:
2 quia vno licentiato omnes alij licentiati cenſentur per ritum 207. & rationis ratio duplex eſt prima ſecundum Carau. d. ritu num. 2. quia cum huiuſmodi licentia ex vna, eademque cauſa proueniens potuiſſet omnibus competere ratione contumaciæ actoris non comparentis obtenta ab vno, ab omnibus alijs obtenta dicitur, arg. tex. in l. 1. & 2. C. ſi vnus ex pluribus appell.

Secunda eſt, quia per condemnationem illam, & licentiã circumducta dicitur citatio, ita additio ad Robert. conſid. 4. poſt num. 37. per l. loci §. ſi fundus ff. ſi ſeru. vendicetur; & in l. ſi comunẽ ff. quemadm. ſeruit. amit.

Quòd ſi debitor iam ritè, & rectè creditore inſtante reputatus contumax, comparet de ſero, & tunc dicas, quod euitabitur contumacia, & pœna; verum infraſcripta requirun-
3 tur; nam oportet, quod compareat eodem die, quo fuit reputatus cõtumax de ſero corã Regẽte, & hoc antiquitus, hodie coram vno ex Iudicibus dictæ Magnæ Curiæ, ſi ab ea fuit condemnatus, in audientijs coram Auditoribus, & in aliis locis coram Capitaneo terrę, vel loci, ita Robert. conſid. 4. nu. 37. & Carauit. ritu 206. & 28 quibus in locis dixit etiam, quòd non poteſt fieri comparitio iſthæc coram Actuarij ad euitãdum fraudes ex diſpoſitione Regiæ Prag. 13. de offic. Mag. Iuſtitia. & poteſt obtinere fidẽ, ſeu notam ſuæ compariri onis, & illam annotari facere per actuarium in libro contumaciarum, & vitabit pœnam; idem
4 tamen debitor debet prima ſequenti Curia. dum regitur pro tribunali iterum perſonaliter comparere, & inſtare, vt procedatur ad interrogationem, ſeu liquidationem inſtrumenti per creditorem petitã, & ſi creditor aderit fiet interrogatio, liquidatio; ſi vero abfuerit durante Curiæ regimine debitor præcedente inſtantia licentiabitur, & hæc ſecunda comparitio inſiſtentia appellatur, quam ſi debitor non fecerit, contumacia firma remanebit comparitione de ſero non obſtante, ita ritus 204. & prag. prædict. 13. de offi. Mag Iuſt. §. item quòd. Robert. vbi ſup. num. 37. & Carau. d. ritu 166. num. 11

Et quoniam per prædicta aperta fuerat via debitoris vexandi creditores; ideò inuenta fuit practica, qua ſubuentum fuit creditorribs contra prædictos, & licentiatos Curia ſe-
5 quenti: quæ eſt vt creditor expediri faciat citationem requiſito.

ſitoriam, vt debitor licentiatus prima die iuridica cum continuatione aliarum ſequentium nulla contumacià incuſãda, vel triduo expectando perſonaliter compareat ad reſpõdendum, & faciendum liquidationem iuxta formam ritus, & facta relatione prima die iuridica abſque accuſatione contumaciç vocatur, & ſi non comparet condemnatur, & ſi prima die non fuerit vocatus, poterit alia die vocari ob illam clauſulam in citatione contentam, ſcilicet cum continuatione ſequentium, & ſi non comparet condemnari, & hoc ſemper infra menſem ſi requiſitio facta eſt in ciuitate, & diſtrictu, & ſi extra, infra duos menſes, atque practica, vt non expectetur triduum fundatur in ritu Magn. Cur. nonageſimo ſeptimo.

6 Hic autem aduerte, quod ſi plures citati, & contumaces reputati, & condemnati cõparuerunt de ſero, & ſequenti Curia inſteterunt, ac fuerunt licentiati, deinde creditor fecerit requiſitoriam cõtra vnũ, qui non comparuit, ſed alter pro eo, comparitione correi, & conſocii non obſtante contrà non comparentem requiſitum liquidabitur inſtrumentũ, vt obſeruaſſe Magnam Curiam in caſu occurrenti refert de Franch. Deciſ. 685. vbi dicit ipſum vti Pręſidem Sacr. Conſ. noluiſſe admittere ſupplicationem de non admiſſione comparitionis correi, qui a Mag. Cur. non grauerat.

Hunc verò debitorem taliter requiſitum, & condemnatum licet de ſero quoque comparere ad euitandum contumaciam, vt ſupra contractam putarit Robert. vbi ſupra conſid. 4. num. 4. dicens non obſtare illud, quod daretur infinitas, quæ vitanda eſt l. fi. C. de ſent. quæ pro eo, quod intereſt, & quia euitare ipſam poteſt creditor comparendo in ſecunda Curia, & ſic ſuam habere intentionem: tamen contra ſeruari, & non admitti comparitionem de ſero, niſi in prima citatione, dixit de Franc. d. deciſ. in fine.

7 Quo ad ſecundam cauſam comparitionis notandum eſt, quod quoties cõparet debitor, & præſentat ſupplicationem, & reſcriptum Præſidis S. C. dictans, quod Magn. Cur. Vic. verbum faciat ſimpliciter, vt in pragm. nona §. item vogliamo, il ſecondo. de offi. Magn. Iuſtit. & præſtat cautionem de comparendo perſonaliter tempore relationis, & parendo mandatis d. S. Con. & decretatio, vel reſcriptum eſt expeditum eodem, vel præcedenti die quo producitur, debet ſuperſederi in liquidatione pendente

rela-

relatione, vel verbo faciendo, ita Robert. conſ. 4. num. 7. & Carauit. in ritu 167. num. 11. Secus ſi dictaret, vt Mag. Cur. prouideat, vel referat: tunc enim alterutrum facere in ipſius erit poteſtate; impetratur autem huiuſmodi reſcriptum per viam appellationis factæ præcedente libello in eum, qui ſequitur, modum.

8 Sacræ Regiæ Maieſtati. Humiliter ſupplicat. N. dicens in veſtra Magna Curia fuiſſe incuſ.tam obligationem ducatorum centum ad inſtantiam N. ſiue fuiſſe citatum ſuper tenore inſtrumenti pro ducatis tot, & quia dicta obligatio, vel inſtrumentum eſt illiquida, pactionata, illiquidum, vel pactionatum propter quod non poteſt agi via executiua: ſed ordinaria, ſuplicat propterea vti grauatus cum Reuerentia Maieſtati veſtræ verbum fieri in veſtro Sacr. Conſilio, vt eius indemnitati prouideri poſſit, vt Deus &c.

Quam formam recenſet Tartaglia in praxi ciuili cap. 1. nu. 26.]& hoc caſu cauſa non committitur Regijs. Conſiliarijs: ſed ſolus Præſes S. C. decernit, & mandat per Magnam Curiã ſummatim de meritis cauſæ relationem fieri, vt infra dicetur.

(Adde,. Et quidem ex Domino Marchione de Tapia ad d. ritum 166. num. 1. fol. 238. ſcias ita ſeruari in Magna Curia, nempe vt præſentata hac ſupplicatione cum decretatione quod comparente perſonaliter, & præſtita cautione fiat relatio in S. Conſ. à iudice hebdomadario, idem iterponit decretum, quod remaneat cõdemnatus, verum ſuperſedeatur, donec fuerit facta relatio quæ fiet, vt infra.)

9 Huius verò reſcripti præſentatio iuuabit, nõ modo præſentantem, & comparentem; ſed alios etiam correos non comparentes, dum tamen ſit expeditum ad inſtantiam omnium, & vnus ex ijs comparuerit tẽpore, quo fit liquidatio, & regitur Curia; ſecus verò ſi comparet de ſero, nam ſuperſedetur liquidatio, quo ad comparentem, tantum, non quo ad alios, contra quos expedientur literæ executoriales, & ita practicatur ſecundum addẽtes ad Robert. vbi ſupra poſt n. 37 qui ſubiunxerunt Iudices peritos, conſtito de bono iure debitorum decernere, quod ſuperſedeatur in exequendo etiam quo ad non comparentes pendente relatione facienda.

10 Sed aduertas, quod Magna Curia habita ſupplicatione ſolet Iouis die relationem facere in S. Conſ. vt in prag. 10. §. quę capitula, de offic. Mag. Iuſtit. per quod, ſi allegata per debitorem nòn militabunt, & capi-

captioſa videbuntur, & ad dilatandum, condemnato procuratore præſentante ſupplicatio nem ad pœnam auguſtalis, ideſt carolenorum quindecim remittitur cauſa eidem M. Cur., quæ habito decreto lato per S. Conſil. banniri facit debitorem per Palatium, contra quem non inuentum, vel non comparentem accuſat fideiuſſionem, & mandat exequi pro debito, & pœna, inuentum autem, & comparentem carcerat, niſi ſaeculo paratus fuerit ſatisfacere, vt in ritu 269. ita additio Mazziæ ad Robert. conſ. 4. numero 7

(Adde. Facta tamen interrogatione ſuper inſtrumento per Magnam Curiam ipſi debitori, & hoc rationibus allegatis per D. Præſidem de Franch. de quibus agit Dominus Reg. & Marchio Tapia vbi ſupra num. 2.

11 Sed retenta prædicta practica quęro, quid ſi quis fideiuſſiſſet, vt ſupra, de præſentando, & parendo mandatis Sacr. Conſil. ac tempore relationis præſentauit principalem, vt quia debitor principalis ſemper fuit pręſens in defenſione ſuæ cauſæ, vel quia fuit formiter repræſentatus cum S. Conſ. remiſit cauſam ad Magnam Curiam, per quam (cum intelligatur decreuiſſe, quod M. Curia ad liquidationem procedat) fuit iam liquidatum inſtrumentum, & debitor condēnatus, ac expeditæ literæ executoriales, & interim debitor aufugit, an fideiuſſor prędicto modo datus teneatur?

Hanc quæſtionem diſputat Muſcatellus in praxi fideiuſſo. modo 13. & tandem diſtinguēdo dicit, quod ſi eo tempore quo fideiuſſor repræſentauit debitorem Magna Curia poterat debitorem retinere, & carcerare, & ipſum detinuit, & carcerauit, tunc ſi poſtea condemnatus fuerit, & aufugerit, erit fideiuſſor liberatus iuxta deciſ. Afflict. 130.

Si verò non poterat detinere, vel carcerare, & tunc quia non ſufficit repræſentare, niſi debito, & congruo tempore repræſentetur, dicendum quod non liberetur, vt per allegata per ipſum, quem videto.

12 Et iuxta hæc notandum eſt, quod tempore, quo fit relatio in S. Conſ. per Iudices M. Cur. vt videatur an inſtrumentum præſentari poſſit, & liquidari, nequeunt præſentari, vel recipi ſcripturæ, inſtrumenta, vel depoſitum ad impediendum inſtrumenti liquidationem niſi in ipſa M. Curia tempore quo regitur; ſed in Sacro Conſ. debet de iuſtitia, vel iniuſtitia liquidationis ex eiſd. actis cognoſci.

13 Similiter quando comparet quis de ſero, tunc debet præſentare ſcripturas, ſi quas ha-



Digitized by Google

bet, vel depoſitum aliàs alibi, vel alio tempore non præſentantur, vel recipiuntur, vt diſpoſitum eſt per Reg. prag. 4. & 11. inter editas per Comitē Mirandæ, & hoc ne fiat præiuditium parti,& fiſco.

Qua ratione ſtante ſi citatus præſentet depoſitum ante vltimam contumaciam, vel vltima purgata per comparitionē de ſero ante quam fiat inſiſtentia in ſequenti Curia, tunc bene liquidationem impediet, vt tenuit Scipio Rouitus ſuper di
14 cta prag.nu.1.qui ibid. n. 2.ampliauit d.prag.ī creditore,vt pariter nō admittatur ad prę ſentandum ſcripturas, vel aliud inſtrumentum neceſſarium ad faciendum liquidationem, & liquidum inſtrumentum præſen-
15 tatum, quod iam eſt illiquidū, actor enim, & reus non debent ad imparia iudicari l. fin. C.de fructibus, & litium dxpenſis,& tandem ita fuiſſe iudicatum in S. Conſ. vt per Præſidem de Franc. deciſ.420. ſequitur etiā Ioan. Franc. de Leonard. in praxi official. cap. 13.nu. 47.
16 Pariter quoque Iudices ipſius Magn. Curię, & aliarum Regni Curiarum non poſſunt facere decreta, & prouiſiones oretenus, vel in ſcriptis, quod præſtita cautione per debitorē de ſoluendo debitum, & pœnā ſuperſedeatur in accuſando obligationes, quando venit,& ceſſit dies ſolutionis,& hoc ſub pœna centum vntiarum Magiſtris actorum irroganda,vt per prag. 1. in princip.d.Comitis.
17 Sic etiam ſi debitor comparendo perſonaliter, dicat ſe priuilegiatum alterius fori, & iuriſdictionis,vt potè Clericū, & doceat de clericatu per fidē, & publica documenta, eo caſu ad ſuum Iudicem Eccleſiaſticum remittendus eſſet per ritū Magn. Curiæ 65. & 235. & ſic impeditur liquidatio.

(Adde. Sed quid ſi non perſonaliter: ſed per procuratorē, vide notata per nos ſupra rub. audiantur excuſatores poſt numer. 18.)

Hoc autem dictum amplia duobus modis,&primo amplia procedere etiam ſi hic clericus tempore laicatus contraxiſſet debitum, pro quo conuenitur adhuc enim debet ad Iudicem Eccleſiaſticum remitti, vt per Alex. in l.nemo poteſt num. 32. ff. de lega. primo.

(Adde. Sunt notata per D. de Franch. deciſ. 656.)

Sed quid ſi feciſſet in fraudē, vel ſi poſt obligationem, & ante clericatum fuiſſet à Iudice ſæculari præuentus, vide addētes ad Robert. poſt numer. 71. conſid.4.

Secundo amplia etiam ſi clericus ſeſe obligaſſet ſoluere quid certa die,vt deinde laicus effectus, & citatus per ſæcula-

rem

rem ſuper tenore inſtrumenti ad Eccleſiaſticum remitti debeat, ſi tamen clericatus tempore ab eo præuentus fuiſſet, vt per prædictum, vbi ſupra, qui per doctr. Bald. in l. affinitatis. C. commun de ſucceſſion. ita determinaſſe Sacr. Conſ. refert in cauſa Veſpaſiani Paulilli cũ hæredibus Bernardi de Buccerijs.

(Adde. facit text. in l. ſi quis poſtea ff. de iuditijs: verum quod executio inde debeat fieri per iudicem ſæcularem ego aliquando cenſui per tex. in l. Epiſcopale C. Epiſcopali audiẽtia, pquẽ cõcordabã ſupradicta & ita alias tenui in cauſa Pompeij Campolongi, qui clericus exiſtens obligauit ſe cuidam penes acta Epiſcopalis Curiæ Caſſanenſis Diæceſis, & obligatione incuſata tempore clericatus diſtulit creditor petere executionem, & literas executoriales quouſque effectus laicus, & facto tranſitu ad ſecundas nuptias Epiſcopi Vicarius contra ipſum deſtinauit Commiſſarium ad exequendum pro debito, & pœna. Dixi quod executio erat petenda, & debebat fieri per iudicem laicũ cui tunc ſubdebatur Pompeius per d. l. Epiſcopale, quia obligatio cõcepta penes acta Epiſc. Curiæ incuſata habet vim ſententiæ, quam ratam haberi oportet in omnibus, ſed executioni mandari per iudicem laicum, vt ibi dicitur; verum in contrarium allegabatur d. l. ſi quis poſtea; & quod tex. in prædicta l. Epiſcopale loquitur in laico conſenciente in Epiſcopum; propterea caſus eſt diſputabilis.)

18 Diuerſum autem erit in laico, qui ſi petat ſe ad Baronem, cuius eſt Vaſſallus, remitti, nõ audietnr: quia inſtrumentorum liquidatio non eſt remittenda, vt cauetur per pragm. vnicam de inſtrum. liquid. remitten. relata per Carau. in ritu 166. num. 73. & ſeq. vbi licet concludat idem eſſe ſi per Baronẽ petatur remiſſio; tamen quod
19 id procedat quoties Baroni competit priuilegium cumulatiuè, ſecus ſi priuatiuè, quale eſt priuilegium Principis Biſiniani, qui etiam in ſpecie id habet, & priuatiuè, quo caſu concedendam remiſſionem dixit Deciſum à Sac. Conſ. & obtinuiſſe pro Marchione Burgẽſæ vtili domino Status Diani Scipio Rouitus ſuper d. prag. & ſic habes primam limitationem ad d. pragm.

20 Secundo limita in ſubditis Magni Admirati Maris, vt
* (quicquid prius iudicatum fuerit in Magna Curia) deciſum eſt in Sacro Conſilio, referente Domino Carolo Tapia in commen. ad ritum 54. num. 2. ſub tit. de off. Magn. Iuſtit.

21 Tertiò limita in Magiſtris actorum Sacri Conſilij, quo ad hoc tantum, vt in alio tribunali non conueniantur, niſi in Sacro Conſ. idem d. Tapia num. 3. dixit iudicatum in Sacro Conſ. de anno 1602. in cauſa Hieronymo de Agatio Mancino cum Aloyſio Sarro, viſo priuilegio Magiſtris actorum conceſſo.

22 Audiendus etiam eſt, & licentiandus debitor, ſi citandus ſuper tenore comparens dicat ſe eſſe ſubmonitum per Regiam Curiam, vt vadat ad exercitum pro Regio ſeruitio, & doceat de ſubmonitione per fidem, ſeu literas præfecti exercitus; tunc enim decernitur, quod durante Regio ſeruitio ſuperſedeatur in liquidatione etiam per quindecim dies poſt regreſſum, per Conſt. Hoſtici exceptionē, vbi Andr. & Aff. li. & nos quoque diximus ſupra rubrica Audiantur excuſatores numero 17.

23 Amplia hanc exceptionem procedere in fauorem excipiētis debitoris ex cauſa dotis, vt per S. Conſilium deciſum fuiſſe dixit Epiſcopus ad Iſer. de Statutis, & conſuetudinibus n.12. litera A, fol. 319. à ter. in fine.

(Adde. Sunt deciſiones allegatæ per D. de Franch. deciſ. 286. vſque ad num. 6. an vero procedant facta concluſione in cauſa, vel lata ſententia ſuper cauſa dotis vide per eum à d. num. 6. vſque ad finem.)

24 An autem hanc exceptionem opponens ea gaudeat, ſi agat, cōtra ſuos debitores vide Ann. allegat. 75.

25 Præmiſſa tamen fallunt quoties in inſtrumento eſſet hoſticæ exceptioni renunciatum, quia ſtante tali renunciatione cum iuramento exceptio oppoſita non prodeſt, neque admittitur l. poſtquam liti C. de pactis c. quamuis, eodem in 6. & ita per doctrinam Frece. de ſubfeudis de officio Admirati Maris num. 16. dixit de Franc. deciſ. 164. num. 9, & Epiſcopus ad Iſern. vbi ſupra.

26 Sed vt dicta renunciatio nō obſit poteſt porrigi ſupplicatio Excellentiſſimo Domino Proregi, vt mandet exceptionem prædictam admitti non obſtante renunciatione, & iuramento, & in liquidatione durante Regio ſeruitio ſuperſederi: eum enim ſæpè id conceſſiſſe refert Rober. vbi ſupra num. 65.

(Adde. Secundo fallunt in vxore militis in caſtris exiſtentis, vt deciſum patet apud Capic. dec. 172. ſublimitantur in vxore, quæ ſequeretur virum ad caſtra l. 1. & 2. C. de vxoribus militum, per quam ita videtur cenſere Capic. in allegata deciſ. & in deciſ. 79.

Se-

Secundo ſublimitatur in vxore militis conuenta pro dote, quę poſſideretur per virum in caſtris exiſtentem. Franc. Milan. in deciſ. Sicil. 9.

Hæc ſunt cauſæ, quæ ſolent frequentius liquidationem impedire, & debitoribus licentiã impetrare, ſunt & aliæ, quæ carcerationem impediũt, quas in rubrica ſequenti videbimus. Ioan. Paul. Galt. V. I. D.

## An facta liquidatione in carceres conijatur. Rubr. II.

### SVMMARIVM.

1 *Liquidationis noua definitio traditur.*

2 *Liquidationis forma.*

3 *Exceptio oppoſita, quæ diſcuſſione indiget die ſequenti cognoſci debet.*

4 *Debitor ſi appellet, vel offerat omnia bona mobilia, & ſtabilia creditori, vt vendat, vel inſolutum accipiat ſi huiuſmodi beneficio renunciarit generaliter nõ auditur ad liquidationem, & carcerationem impediendam.*

5 *Cenſuarius rem cenſui ſubiectam ſi relaxet non audiẽdus.*

6 *Dilatio conceſſa per l. ſi debitori. ff. de iudit. per ritũ ſublata eſt.*

7 *Obſeruatio antiqua, & noua circa debitoris carcerationem.*

8 *Exceptio notoriè reſpiciens inſtrumentum, perſonam creditoris, vel debitoris, carcerationem impedit.*

9 *Exceptio perſonæ ſemper opponi poteſt, & num. 11.*

12 *Moratoriam, ſaluum conductum ſiuè ſaluaguardiã opponens an, & quando audiatur.*

13 *Concurrentia, & dilatio quinquennalis quæ, & quando opponatur, & num. 15. 16. & 17.*

14 *Minor pars creditorum cogitur cum maiori concurrere in dilatione.*

18 *Iudices pendente lite ſuper dilatione quinquẽnali, vel alia concedenda prohibẽtur hodie ſaluam guardiam debitoribus concedere.*

19 *Moratoria gratioſa conceſſa per principem impedit carcerationem, & quid practicatur circa eam num. 20.*

20.21.& 22. & quid hodie n. 31.

23 Moratoria gratioſa non iuuat debitorem ex cauſa delicti niſi in caſu numeri 26. nec alios num. 27 28. & 29.

24 Debitor ex cauſa delicti, qui non habet in ære luit in corpore, & qualiter.

25 Debitores ex delicto digni ſunt in paupertate marceſcere.

30 Moratoria ad futuros creditores non extenditur.

31 Moratoria contra creditores vtens, debitoribus quoque ſuis illam concedet.

32 Ceſſio bonorum carceraiionẽ impedit.

33 Modus cedendi bonis antiquus, & nouus recenſetur.

34 Cedere nolẽs bonis at dilatione gaudere cupiens inuitis creditoribus non obtinet.

35 Beneficio ceſſionis bonorum renunciari non poteſt, & ratione num. 36.

37 Ceſſio bonorum in caſibus ſexdecim fieri probibetur, & facta non iuuat.

38 Priuilegium Brunduſinum carceationem impedit.

39 Solutio, ſiue ſatisfactio in promptu facta, quæ dicatur, & quando impediat liquidationem, & carcerationem num. 41.

40 Apoca de recepto an ſolutionem probet ita, quod liquidationem impediat.

42 Omiſſio modicę ſummæ præſuponit errorem; ſed liquidationem non impedit.

43 Solutio tertiarum integrarũ, an impediat liquidationẽ capitalis pacto non obſtante, & num. 45.

44 In Regno pœna non debetur, niſi quatenus cum intereſſe concurrat.

46 Producens tres apochas de ſolutione an, & qnando de præterito ſoluiſſe præſumatur.

47 Reuelationes teſtiũ præcedente denunciatione euangelica factæ, & præſentatæ impediunt liquidationem.

48 Satisfactio non dicitur, quando pecunia ſoluta eſt auocabilis, & quando ceſſa ſunt iura, vel pignora data, num. 60.

49 Creditor pro credito in ſolutum aliquid accipiens reſeruatis primis iuribus, ſi acce-

*acceptum euincatur, ad ri tum debitorem conueniet.*

50 *Solutio, vt plenè liberet, debet eſſe facta creditori idoneo, & ſic non pupillo, vel minori abſque tutoris, vel curatoris authoritate.*

51 *Depoſitum impedit liquidationem, & carcerationem, & quæ practica circa id ſeruatur.*

52 *Fides depoſiti campſoris, vel diuitis liquidationem non impedit.*

53 *Depoſitum non poteſt fieri per amicum nomine debitoris, ſecus ſolutio, & ſatisfactio, & quo pacto id intelligatur.*

54 *Si debitor ſatisfecerit poſt liquidationem factam contra ſe per depoſitum, quod liberatum ſub cautione fuerit auocatum non poteſt inde via ritus; ſed ordinariè conueniri.*

55 *Satisfactio probari poteſt per teſtes non obſtante pacto aliter dictante.*

56 *Teſtes producti ad probandum ſatisfactionem, quot numero eſſe debent.*

57 *Quinque teſtes publico æquiualent inſtrumento.*

58 *Calumniator, & ſic creditor petens bis debitum qua pœna puniatur.*

59 *Hæres agens pro debito ſoluto defuncto calumniæ pœna non afficitur.*

Veniamus modo ad ipſam liquidationem, quæ ſecundũ nos ita definiri poterit, vt ſit
1 creditoris circa creditum, & debitoris circa debitum pœnale, vel iuratum publico, liquidoque inſtrumento comprehẽſum, & ad interrogationem à iudice pro tribunali ſedente factam ſubſecuta reſponſio. verba. Reſponſio ſubſecuta ad interrogat. iudic. ſtant loco generis, cætera loco differentiarum.

Declaremus autem verba in ipſa definitione appoſita: dixi, Reſponſio creditoris circa cred. & debit. circa debit. public. liquid. inſtrum. comprehen. ad differentiam reſponſionis ſuper debito ſcriptura non vallato, vel ſcriptura, ſed non publica, vel publica; ſed non liquida, quo caſu liquidatio nõ fieret allegata eius illiquiditate, vt diximus ſupra rubr. Audiantur excuſatores num. 19.

Dixi iudice pro tribunali ſedente, ad differentiam reſponſionis ad interrogationem extraiudicialiter factam à iudice quæ liquidationem non opera-

tur;verùm ea, quæ fit tempo-
2 re, quo Curia regitur, quando vocantur creditor, & debitor in ipſa præſentes, quibus corã iudice conſtitutis legitur inſtrumentum præſentatum, & ſi non opponitur exceptio inſtrumento obſtans, & apparens in promptu fit interrogatio delato iuramento creditori, ſi quid recepit de quantitate in inſtrumento contenta, & pro quanta ſumma illud præſentat, & liquidat, & deinde debitori ſi habet inſtrumentum pro vero, & habita reſponſione ab vtroque, per actuarium ſcribitur hic actus, qui liquidatio appellatur in hunc modum.

Qui N. creditor cum iuramento dicit inſtrumentum, & omnia in eo contenta eſſe verum, & vera, & illud liquidat in ducatis tot. ita ritus 166. & Grauina parte quarta declara. nona.

Ibi reſponſio debitoris circa debitum, ſubdas tu ſiuè affirmatiua ſiuè negatiua, ſiuè enim debitor neget, quia conuictus per inſtrumentum publicum guarentigiatum, videtur per calumniam negare ad notata per Alex. & alios in l. à Diuo Pio. §. ſic quoque ff. de re iudic. non iuuabitur: ſiuè cofiteatur inſtrumentum eſſe verum, & teneri ad ſummam in eo contentam, vel non teneri allegando ſatisfactionem non promptuariam, vel alios defectus non apparentes fit præceptum à iudice, quod ſoluat debitum, & pœnam, & non diſcedat à Palatio, & ſic regulariter carceratur, ita ritus 174. & habetur per Frecc. p. 7. q. 2. n. 9. & per Rober. conſ. 4. nu. 48.

3 Quod ſi contigerit opponi exceptionem, quæ indigeret diſcuſſione, ob quod prouideretur, quod fiat liquidatio extra Curiã, tũc diſcuſſio, & liquidatio illa omnino die ſequenti fieri debet, nec eo caſu decerni poteſt. quod fiat depoſitum, vt per Reg. prag 9. §. item vogliamo il primo de off. Mag. Iuſt.

4 Et adeo verum eſt, quod debitor ſiuè neget, ſiuè affirmet carceratur, quod etiam ſi appellet, non retardatur executio, & carceratio, ita Frecc. p. 16. q. 7. Robert. conſi. 4. nu. 78. niſi tamen appelletur à citatione, vt diximus ſupra rubr. præcedenti numero 7. & 8.

Item ſi offerat omnia bona ſua mobilia, & ſtabilia creditori, vt vendat, & ſibi ſatisfaciat, carcerandus eſt; ad notata per Carau. in ritu 166. num 54. rationibus, de quibus per ipſum; ac etiam ſi velit gaudere beneficio de dandis bonis in ſolutũ inuito creditore permiſſo eidẽ per text. in auth. hoc niſi C. de ſolut. cui tamen renunciaſſet etiam per ea verba.

Et omni legum auxilio, quæ ho-

hodie indiſtinctè in quolibet contractu apponuntur, vt deciſum, in S.Conſ.de anno 1555. de menſe Maij, & tandem de anno 1576. de menſe Ianuarij retulit de Franch. Deciſ. 81.

5 Et ſic non eſt audiendus, quemadmodum quoque non auditur cenſuarius, ſi vellet rẽ cenſui ſubiectam relaxare, vel inſolutum dare, vt per Foller. in praxi cenſuali verſ. tanquã res iudicatas num. 49.

6 Similiter ſi vellet gaudere dilatione conceſſa per text. in l. ſi debitori ff. de iuditiis: quę eſt dierum ad minus decem hodie, vt ibi gloſ. intellexit in fine gloſ. vltimę, carcerandus eſſet,quia per ritum ſublata dicitur, Grau p.5.decl.28. num. 46.

Et quidem circa carcerationis huius introductionem non erit incongruum aliqua à prima origine repetere, vt antiquitatis aliquid non ignoretur, vt inſti.de teſtament. in principio.

7 Vnde ex Aulo Gellio lib. 20. noctium atticarum capit. 1.ex Grauin. in proœmio.Commentarii ad ritum noſtrum 16. ex Couar. lib. 2.variar.reſol.cap. 1. & tandem ex Domino Carolo Tapia de iure Regni lib. 2. cap. 48. num. 2. de cuſtodia reorum,ſciendum eſt,quod antiquitus lege duodecim tabularum cauebatur, vt debitor tribus nundinis perduceretur vinctus ad prætorem iu iudicium, vt publicè repeteretur in quantũ creditori cõdemnatus fuiſſet, infra quod tempus trium nundinarum ſi debitor non ſe concordabat cum creditore, capitis pœnam dabat, aut vendebatur, vt creditori de prætio ſatisfieret, quod ſi plures erant creditores, debitor in partes ſecabatur. Ea autem lex extat ſub titulo, de re iudic. in hæc verba.

In vinculis ſexaginta dies habeto, inter eos dies trinis nundinis continuis ad prętorem in comitium producito quantæque pecuniæ iudicatus erit prædicato. Tertiis autem nundinis, ſi interim pactus non ſit, capitis pœnam dato, aut trans Tyberim peregrè venum ito, & ſi plures forent, quibus reus eſſet iudicatus tertiis nundinis partes ſecanto.

Poſt quam duriſſimam legem apud Romanos etiam introductum eſt, vt filii debitorum addicerentur creditoribus pro debito parentum, vt ex Dionyſio, & Cælio lib. 7. Lection. antiqu. cap 20. conſtat. id ꝙ ab Hebræis ſeruabatur, vt legitur 4. Regum cap. 4. ibi, Ecce creditor venit, vt tollat filios meos ad ſeruiendum ſibi.

Tertiò verò tempore anno 428. ab Vrbe Caio Petylio, & Lucio Papyrio Conſulibus lata eſt

lata eſt lex Pętilia Papyria, qua ſublata lege xij. tabularũ cautum eſt, ne quis ob pecuniam creditam in vinculis teneretur ſed eius bona eſſẽt obnoxia ere ditori, de quo teſtat' eſt author quidã de legib. Romanis lit. P, verſ. Pętelia, & hoc ob rationẽ cuius Liuius, qui id quoque aſſerit, meminit lib. 8. decade 1.

Quarto verò tẽpore regnantibus Cæſaribus decretum eſt ne debitores liberi in ſeruitiũ, aut pignus creditoribus darentur, de quo in l. ob æs, & auth. imò C. de action. & obligat. & in auth. vt nulli iudicum §. quia verò. collat. 9. & l. 2. C. quæ res pignor. oblig. poſſ. & in cap. 2. de pignor. etiam ſi bona debitoris defecerint, ne ex ijs creditoribus ſatiſfieri poſſit.

Poſtea iure Pontificio, de quo in cap. ex reſcripto, de iureiur. inductum eſt, vt ſi promiſſioni de ſoluendo acceſſerit iuramentum poſſit detineri liber homo pro debitis, id quod ex eo annotarunt doctores allegati per Couarruuiam à quo hæc excerpſimus vbi ſupra, plura his videto apud Tapiam loco cit.

Quod quidem ius vltimum hodie comprobatum extitit, & auctum per ritum Magn. Curiæ Vicariæ 166. quo diſpoſitum eſt, vt eadem ratione iuramenti, vel pœna, & ſic ob ſpratam Iudicis autoritatẽ debitor obligatus publico inſtrumento, vel pœnes acta confeſſus debitum detineri poſſit, quinimo cum detentione pœnam lueret anti quitus ſcilicet obtruncationis manus, hodie pecuniariam, vt diximus in Rubric. Perſonaliter comparens accuſet contu. num ..... & infra Rub. vltim. num.....

Carcer autem debitoris debet eſſe ſeparatus à carcere nephariorum, & delinquentiũ, Grauin. p. 4. declar. 11. vbi plura pulchra de carcere num. 70. Dixi, quod debitor carceratur regulariter, quia ſunt multi caſus, quibus debitor non carceratur, & primus eſt, quando citaretur extra Regnum ſuper tenore inſtrumenti confecti in Regno, tunc enim quo ad exceptiones audiretur extra carceres. Carauita dicto ritu 166. num. 65.

8 Secundus caſus eſt, quando debitor ipſe opponeret aliquã exceptionem apparentem, reſpicientemq; inſtrumentũ, vel perſonam creditoris, & ipſiuſmet debitoris, de quibus quoniam ſatis, ſuperque ſatis tractatum eſt in prima, & ſecunda parte principali, ideo ad ibi dicta recurrendum eſt, quando caſus acciderit, ita dicebat Robert. conſid. 4. num. 62. & innominatus author poſt eum, qui fatebatur, quod ſtante ſtatuto, quod inſtrumentum paratam

ratam habeat executionem, & contra illud exceptio opponi
9 non poſſit, exceptio tamen per ſonæ ſemper opponi poterit, allegat Rom. Iaſ. & in l. tutor. 2. notab. ff. de iure iuran. Crauet. conſ. 104. idque Frecc. p. 12. num. 5. & etiam Canar. q. 15. dixerunt.
10 Tertius caſus eſt, quando debitor opponeret exceptionem non numeratæ pecuniæ, vel rei non traditæ contra inſtrumentum, quo debitor confeſſus eſſet recepiſſe aliquam quantitatem, vel ſpeciem infra bienniũ in mutuo, & infra viginti dies in alijs contractibus, vt per Afflict. deciſ. 105. num. 2.

Ea enim poterit quandoque infra dictum tempus apponi, vt euitetur carceratio, cum talis exceptio oriatur ex eodem inſtrumento, etiam quod ei fuerit cum iuramento renunciatum: apponi tamen debet, abſolutione à iuramento impetrata, Robert. conſid. 4. num. 57. & poſt longam diſputationem Carau. ritu 166. num. 41. vbi in mutuo dat cautelã pro creditore, vt faciat præſentialiter apparere pecuniam, & recenſet decem aliis limitationes relatiuè ad Rebuff. in com. conſt. in tract. Chyrograph. art. 93. vol. 1.
11 Ampliat verò, vt huiuſmodi exceptio etiam competat aduerſus obligationes penes acta ſtipulatas. Afflict. in Conſt. cauſas iuxta finem, refert, & ſequitur Grauin. p. 5. declar. 15. num. 31. ſed Aretinus in §. idem iuris colum. pennum. 68. inſt. de except. per ipſum pro Afflict. allegatus tenet contrarium, vt ſcilicet obligatus, & confeſſus ſua ſpontè coram prætore non poſſit hanc exceptionem opponere, Barb. in c. ſi quando, de offic. deleg. & Bald. conſ. 447. incip. contrahentes.
12 Quartus eſt, quãdo debitor afferret ſaluũ cõductũ, guidaticũ vel moratoriam conceſſam ſibi. Robert. vbi ſupra num. 66. & Grauin. part. 5. declara. 31 num. 30.

Et pro declaratione notandum eſt, quod moratoria duplex eſt, altera, quę fundatur in iuſtitia, & eſt propriè quando maior pars creditorum petit à Iudice, quod minor concurrat cum eis ad dandũ quinquennaẽl, maiorẽ, vel minorẽ dilationem debitori, de qua habetur in l. & ſuum §. hodie, & l. maiorem, & l. reſcriptum ff. de pactis, & ſignanter in l. fin C. qui bonis credere poſſ. quæ peculiari vocabulo concur
13 rentia appellatur, quo caſu ſi debitor produxerit ſententiam latam, & tranſactam in rem iudicatam ſuper dilatione ipſi data ad ſoluendum per maiorẽ partem creditorum ſuorum (maio

(maiorem dico reſpectu quantitatis, & non numeri creditorum d.l.maiorem ff.de pactis.)
14 & creditor citans eſſet de numero minori creditorum, tunc quia minor pars cogitur concurrere, & expectare, vt per Afflict. in Deciſ. 288. per text. in d.l.& ſuũ §.hodie, vbi Alex. & alij, ff.de pactis euitabit carceres, ita Robert. conſid. 4. num. 67. & hoc caſu non tenebitur debitor cauere de ſoluendo lapſu temporis in moratoria contenti adueniente, vt per Vrſill. ad Afflict. d. Deciſ. nu. 2. vbi etiam, quod illa pars creditorum vincit, quæ vult concedere hanc dilationem, non ea, quæ vult, vt debitor cedat bonis.

(Adde. Verum inter creditores non numerari eos, qui habent emptos annuos introitus cum pacto de retrouendendo, niſi pro tertijs maturatis tantum in Collat. Conſ. deciſum referente Domino Conſil. Nicolao Franc.Conſtantio refert Dom. Conſ. Rouit.ad pragm. 3. num. 1. de ceſſion. bon. intellige tamen vt per eundem ibidem num. 12. quando ii creditores, ſeù omni annuorum introituum, ſeu reddituum nõ haberent eorum contractus reſciſſos per ſententiam, vel quãdo fuiſſet commiſsa graduatio creditorum comunis debitoris quo caſu debitor declaratur de coctus, & contractus omnes ab eo geſti habentur pro reciſſis per iura, & rationes ab eo animaduerſas.)

Amplia verò moratoriam hanc adeo competere debitori, vt etiam creditor, contra
15 quem impetraretur de numero minori, tamen ex cauſa dotis eſſet, adhuc concurrere teneatur. Ioan. Bapt. de Sancto Seuer. in tract. dotis, priuileg. 260.& ſcias, quod dum quæſtio tempore Carauit. occurriſſet in S. Conſil. in cauſa Gaſparis Gaballis, cum Ioanne Iacobo Columba agente pro dotibus ſuæ vxoris, & nolente concurrere, referente Freccia cauſæ Commiſſario, fuit deciſum contra agentem pro dote, ita Carau. d. ritu num. 19. & dum iterum accidiſſet non fuit deciſa, quia partes non inſteterunt, Allegat aliqua Ann. ſing. 101. & Præſes de Franch. in deciſ. 219. dubitauit contra dotem.

(Adde. Et ideò ſequitur ꝙ male hanc deciſionem pro negatiua parte allegauit Dominus Riccius collect 8.)

16 Limita autem pluribus modis, & primo concurrentiæ beneficium non prodeſſe debitoribus Neapolitanorum originariorum tamen ex cauſa penſionum domorum, & cenſuum, rerumq; comeſtibilium, vt per Gramm. conſ. 8. 11. & 13. in

ciui-

ciuilibus, de Franch. deciſ. 179 num. 9.& Ann.d. ſing. 10.

(Adde. Et in cauſa cenſuum deciſum retulit in Coll. Conſ. anno 1555. inter Thomam Caracciolum, & Aurelium de lo Bagliuo eſt tñ verũ ꝙ quidam Regnicolæ p.2. eorum tract.c. 1. num. 162. extendit capitula cõceſſa Neapolitanis ad ciues allectos per Ciuitatẽ, & exteros qui per incolatum continuum decem annorũ affectus fuiſſet ciuis Neapolitanus vt contra eum guidaticum conceſsum non teneat ita coontra decretum Magn. Curiæ obtinuiſſe refert Rouit. in pragma. prima, num. 4. de ceſſione bonor. vbi guidaticum conceſſum alicui exceptis Neapolit. fuit decretum non obſtare Heliano Spinolæ, qui per decennium cõtinuum Neapli habitauerat, licet eſſet Ianuenſis.)
refert, & ſequitur Vrſill. ad Afflict. d. deciſ. num. 1.& 9.

17 Secundo limita non prodeſſe debitori minorum, & cauſa depoſiti, Vrſil. ad Afflict. vbi ſupra, & de Franch. d. Deciſ. 151. dixit in Sac.Conſ. deciſum fuiſſe.

• Hic autem aduertendum eſt, quod licet antiquitus pendente lite inter creditores alterius an eſſet danda dilatio quinquẽnalis debitori, ſolebant iudices concedere ſaluaguardias eidẽ ne moleſtaretur de perſona, vel in bonis, tamen hodie id eſt fieri prohibitum per Reg. pragm. 4. Ducis Oxunæ cap. 6.

14 Altera vero eſt moratoria, quæ fundatur in ſola gratia, de qua loquitur text. in l. quoties C. de precibus Imperat. offeren. & ritus Magn. Curiæ 287. & à ſolo Principe conceditur ſecundum Caſtrenſem in l. 1. §. qui magiſtratum num. 9. per illum text. cum gloſs. ff. quod quiſque iuris.

19 Quo quidem caſu, ſi eſt conceſſa debitori ad certum tempus, & præſtita per ipſum fideiuſſoria cautio de ſoluẽdo creditori finito tempore, non carcerabitur, aliàs dicta fideiuſſione non præſtita moratoria non iuuabitur, vt d. ritu cauetur, & concordat l. vniuerſa C. de precibus Imper. offeren. quod intelligit Cara. ritu prædicto num. 5. modo fideiuſsio iſthæc à creditoribus petatur.

20 Amplia etiam ſi per Principem fideiuſſio remittatur, debitorem ad eam teneri, vt dictat prædictus ritus, vbi Cara. num. 5. de comun. opin. teſtatur, quam ſequitur Viuius comun. opin. 176 num. 2. lib. 1. dixitque Vrſill. ad Afflict. loco citato.

21 Secundo amplia præmiſſa de moratoria procedere etiam in debito iurato, vt per Vrſil. vbi ſup. à n.6. vſque ad 11. Muſcatellus in praxi ciuili parte

quar:

quarta gloſ. petendo num 14.
22 Amplia tertio procedere etiam ſi moratoriæ beneficio eſſet renunciatum in ſpecie, atque eius imperationi, dummodo tamen in petitione moratoriæ fuerit facta mentio de renunciatione, alias ſubreptitia præſumeretur, Carau. vbi ſupra num. 11.
23 Eadem autem limitabis, & primo non procedere in debitore ex cauſa delicti dolo ſuo commiſſi, vel ex cauſa actionis iniuriarum, vel quia aliàs fuit tranſactus, vel compoſitus, vel quia condemnatus fuit ad pœnam corporalem, & ad intereſſe partis pro operis, quibus offenſus, vel offenſi, ſeu occiſi conſanguinei caruerunt, vel carentes futuri ſunt, vel quando, quis condemnatus eſt ad pœnam fideiuſſionis. his enim caſibus moratoria generaliter à Principe conceſſa contra creditores aduerſus eos ex delicto creditoribus non proderit. ita Alex. Ripa, Alciat. & Bologn. in l. 1. ff. ſi cert. petat. Roman. conſ. 43. quos refert Viuius comun. opin. 176. num. 10. lib. 1. Vrſill. vbi ſupra ad Afflict. & Carau. d. ritu num. 12. & ſeq. Præſes de Franch. Deciſ. 450. & 358. & reluctantibus ipſis creditoribus habebit locum
24 regula, quod qui non habet in ære luat in corpore: corporalis autem luitio, & pœna interpretatur exilium temporale, vt d. Deciſ. 358. cauetur.

Quod eſt intelligendum in perſona delinquentis, & ex delicto debitoris principalis, ſecus autem in perſona fideiuſſoris ipſius delinquentis debitoris forte fiſco pro aliqua pœna fideiuſſionis incurſa, vel alia, hic enim ſi non gaudet moratoria, gaudebit beneficio ceſſionis bonorum (ſi voluerit) etiam inuitis creditoribus, vt inferius dicemus.

Hanc autem limitationem amplia etiam ſi ob paupertatē conceſſa eſſet debitori, verbis generalibus moratoria, vt debitori ex delicto non proſit: nā delinquentes digni ſunt in perpetua paupertate marceſcere
25 l. quiſquis C. ad legem iul. maieſtat. & l. bona fides. ff. depoſiti.

Sublimita verò præmiſſa, ſi ratio moratoriæ eſſet talis, vt etiam in debitoribus ex deli-
26 cto verificetur, tunc enim cum ratio legis, vel Statuti debeat legem, & eius diſpoſitionem ampliare l. regula §. cum quis ff. de iuris, & facti ignoran. & l. cum pater §. dulciſsimis ff. de legat. 2. ſequitur quod etiam ipſis debitoribus ex delicto prodeſſe debet exemplum cū prædictis refert Carau. vbi ſupra num. 15. ſed non ſatis ad noſtrum propoſitum, quod eſt ſi alicui debitori ex cauſa delicti,

cti, qui eſſet extra Neapolim, conceſſus eſſet ſaluus cõductus veniendi Neapolim pro aliqua cauſa, tunc cum cenſeatur data ſecuritas recedendi, ſi creditor eius vellet contra ipſum liquidare inſtrumẽtum pro debito, ipſumque arreſtare non poſſet.

27 Secundo principaliter limitat præmiſſa de moratoria gratioſa nõ pcedere in fideiuſſoribus nã ipſos n trahetur l.exceptiones,ff.de exception. l.quia perſonale vbi Bart. notat ff.ſolut. matrim. cum ſimilibus.annotat Vrſil. ad Afflict. deciſ. 5.

(Adde. Barz.Rota Bonon. deciſ. 76.) eſt tamen verum, q Vrſill. tradit duas cautelas pro eis ne poſſint conueniri ſtante conceſſione moratoriæ principali facta, quas in praxi, vide p ipſum, vbi ſupra num. 16. vſq; ad 19. & de veritate per Vrſill. ad Afflict. d. deciſ. 288. & 206. num. 3. & Muſcat. in praxi fideiuſ. p. 2. q. 9. num. 9.

28 Tertio limita non procedere in debito ex cauſa dotis, Io. Bapt. de Sancto Seuer. in d. tractat. dotis priuilegio 289. relatus à Cauen. & Carauit. d. ritu 287.

(Adde. Faciunt notata per D. de Franch. d. deciſ. 219. numer. 5.)

Eſt tamen verum, quod hodie ſolent Viceregeſ, & Collat. Conſ. concedere moratoriam per annum dummodo certum quid creditori ex ea cauſa ſoluatur, & ita dicit in facto vidiſſe obtentum Carauit. vbi ſupra circa finem.

29 Quartò limita non procedere in hærede debitoris, quo mortuo hęredes poterunt conueniri pro debito non obſtante moratoria conceſſa defuncto, ordinariè tamen, vt per Carauitu prædicto nu. 15. dixit Præſes de Franch. deciſione prædicta 179.

Quintò, & vltimo limita in debito poſt moratoriam obtẽtam contracto, tunc enim cre-

30 ditoribus poſt eam non obſtabit, cum ipſa ad futuros creditores nõ extẽdatur, lege Aurelius §. Titius Seio ff. de liberat. lega. dixit Guido Papæ deciſ. 109.

( Adde. Vide Annam. ſing. 463. & D. Conſ. Rouit. ad prag. 3. num. 33. de ceſſione bonor.

Et aduertas, quod vtens mo-

31 ratoria contra creditores, ſi & ipſe habet debitores aliquot, debet eum ipſis eodem iure vti ita Afflict. vbi Vrſill. deciſ. 66. quod verò huiuſmodi moratoriæ amplius non concedantur, & conceſſę reuocentur, voluit Dux Oxunæ inter gratias conceſſas de anno 1585. impreſſas inter Priuilegia, & Capitula Neapolitana, cuius meminit S. Rouitus ſuper prag. de ceſſione bonorum.

(Adde

(Adde. Hodie eſt prag.2.de inſtrum. liquidat. & num dilatione conceſſa pendente currant vſuræ? diſtingunt Boer. deciſ.296.& Maſtrillus deciſione 16.

32 Quintus caſus principalis eſt, ſi debitor ceſſerit bonis, & ceſſionis beneficium oppoſuerit, atque in promptu produxerit decretum, & ſaluaguardiam: tunc enim euitabit carceres, vt habetur in toto titulo ff. & C. qui bonis ceder.poſ. & etiam cauetur per reg.prag. 3. de ceſſione bonorum. Robe. conſid. 4. num. 68. & Grauin. part. 5. declar. 31. num. 41. & Carauit. ritu 279.

(Adde. Limita in Neapolitanis, contra quos vigore capitulorum ipſis conceſſorum debitor ſicut moratoria, ita ceſſionis bonorum beneficio vti nequit pro penſionibus, & cēſibus domorum, vt habes in prag. 1.de ceſſione bonor.& impetratum non tenet. Sublimita in muliere Neapolitana nupta extero, qui eam in propriā patriam tranſtuliſſet; ea enim priuilegio Neapolitanorum non gaudebit ex optimis iuribus quæ allegauit D.Ro uit.in d.prag. 1. num. 5. & 6. de ceſſ. bonorum, & habetur per D.de Franch. deciſ. 416.)

33 Et quidem licet antiquitus ceſſio fiebat natibus ad lapidē percuſſis, vt refertur per gloſ. in §. fin. inſtit. de action. habetur per gloſ. in c. ſicut dignum eſt §. quarto verſ. ſi hunc, de homic. & meminit Guid. Papæ deciſ. 343.& addit. ad Robert. in d. §. fin. litera D, vbi de forma libelli ceſſionis bonorum, & dilationis quinquennialis, & de diuerſis modis cedendi bonis: tamen hodie in Regno cōſtitutus eſt Neapoli quidam lapis marmoreus quinque circiter palmis ſupra ſolum ante ianuam palatij Mag. Cur Vic. ſuper quem debet aſcendere, & per horas manere, qui ceſſurus eſt bonis, de quo eſt Reg. pragm. 3.de ceſſione bonorum vbi etiam de ijs, quæ ſeruanda ſunt per cedere volentem: hicque cedens poſtea ad hoc, vt cognoſcatur, & euitetur ab alijs ne ſecum contrahant, & etiam in pœnam, tenetur vita durante aſportare in bireto ſignum viridis coloris, niſi per indulgentiam Principis aſportatio remiſſa fuerit, vt per pragmatic. 6. Ducis Oxunæ latè diſponitur.

(Adde. Quæ proceſſit ad inſtar. motus proprij emanati Romę per Pium IV. Sum Pont. contra petentes beneficium cap. Odoardus, & cap. peruenit de ſolution. qui incipit cupientes in Bullario, vt refert D. Rouit. ad pragmat.3.n.7.de ceſſ. bon.)

34 Aduertas autem hic, quod

ceſ-

ceſſio adeo competit debitori, quod ſi velit cedere,& dilatione quinquennali non gaudere, obtineat ceſſionem creditoribus inuitis, ſicut ſi cedere nollet; ſed dilationem prædictam peteret,eſſet in electione creditorum,ita Alber.in d. l. fin. refert de Franch. d.dec.251.

35 Amplia caſum prædictum procedere, etiã ſi ceſſionis bonorum remedio fuerit in inſtrumento renunciatum cum iuramento; non enim renunciatio valebit regulariter, neque iuramentum obſtabit, quandoquidem neceſſitas,& inopia ſũt in cauſa c.querelam,& c.breui, de iureiur. quæ non ſubiacent regulis iuris c.2.circa finem, de obſeruatio.ieiunij l.illicitas §. veritas ff. de offic. præſid. & faciunt notata ad hoc propoſitum à Carau.in ritu 179.num. 4.& ſequ.& ante eum hoc dixit Guido Pap.dec.211.nu.1.quem refert, & ſequitur Scaglio.in d. pragmat.38.de ceſſione bonor. eſtque communis opinio,vt retulit Couarr. in cap. quamuis in 2.p.relectionis in princ.nu.6 de pactis in 6. affertque ratio-
36 nem, quia cum ceſſio ſit beneficium, ne quis ob æs alienum in carceribus detineatur,ei modo renuncians ſibi non obeſt, quia humanę libertati refragatur: quandoquidem renunciatio iſthæc eſt quaſi perpetua ad publicum carcerem obligatio, & pręciſa ſeruitus, ad quã liber homo ſe aſtringere neq; l.2.ff.de libero hom. exhiben.l. Titius §. Titia ff.de condiction. & demonſtr. gloſ. & doct. in l. antiquitas. C.de vſufruct. & l. poſt certi, C. de liberali cauſa.

( Adde. Accedant allegati à D.Rouit.ad d.pragm.3. nu.5. de ceſſ.bon.)

Dixi quod renunciatio non valet regulariter, quia renunciatio tenet in certis caſibus, de quibus per Cyn.in l.1.C.qui bonis cedere poſſ.in vlt. quæſt. & Bartol.in l. alia §. eleganter num. ff.ſol.matr.& per Ant. de Butr. in cap. ex reſcripto, de iureiur.refert Canar.q.28.

Subamplia etiam ſi fuiſſet renunciatum huic beneficio p pactum ſpeciale, vt videtur innuere text.in d.l.alia §.eleganter, & habetur per Iaſonẽ poſt alios in d.§.fin. num.30. inſtit. de action.qui poſuit duodecim
37 caſus in quibus quis bonis cedere non poteſt, & ceſſio facta non iuuat,videte,quia deſeruiunt pro limitationibus præſentis caſus,quibus adde hos alios quatuor,& Primus eſt quando quis prius gauiſus eſt dilatione quinquennali, de qua in præcedentibus; tunc enim ad bonorũ ceſſionem ipſe non admittetur, & admiſſo non proderit, gloſ. in dict.l. final.verſ. generando C.qui bonis ced.poſſ. Soccinus in Fallentijs regul. 46. numer.

14.Grammat. in rit.Mag.Cur. 18. item quod aduocatus fiſci. Afflict.dec.178. vbi teſtatur de communi opinione, Viu. commun.opin.176.numer.11.

(Adde. D.Conſ. Roui.prag. 3.n.10. de ceſſ.bon.)

Quod intelligas ſi à principio debitor illam ex ſe petijſſet, & obtinuiſſet, quòd ſi eam non petijſſet ex ſe;ſed voluiſſet cedere bonis,& creditores deſiderãtes vt potius gauderet dilatione, induxerunt debitorem,vt dilatoriam acceptaret, tunc etiam ea gauiſus cedere bonis poterit,ita per doctr.Petri à bella pertica in dict. l. fin. dixit de Franch.in dec.251.

Secundus eſt, vt non admittatur ceſſio bonorum contra Neapolitanos, quorum debitores (vt etiam ſupra in dilatione quinquennali, vel minoris temporis diximus) pro cauſa cenſuum, & locationis fundorum, & domorum ceſſionis bonorum remedio non gaudẽt vt in pragm.1.ſub titul. de ceſſione bonorum roborata per Decretum Sac. Conſilij in cauſa Alphonſi Muſcatelli cum Ioanne Carolo Galterio per relationem factam per D. Præſidem de Franch. vt refert addit. ad Robert. poſt num. 16. Viuius lib.1. comm. opin.180. num.2.

(Adde. Amplia in debitore Ciuitatis Neapolis ex cauſa conductionis gabellarum, vt ceſſione bonorum non gaudeãt ex diſcuſſis per D. Anello Amatum Iureconſultum eruditum,& inter primos aduocatum ſolertiſſimum in conſ. 50. vbi iunctis aulis per Sac. Conſ. dixit eſſe deciſum.)

Tertius eſt, vt ceſſio procedat pro ijs debitis,quæ fuerunt contracta ante annum à die ceſſionis bonorum impetratę, ſecus ſi poſt, vt per pragmat. 2. eod tit.

(Adde. Hinc ſi quis infra annum à die contractationis debiti imploret hoc beneficiũ, & Reg.pragmaticæ vigore excludatur, ad hoc beneficium amplius non admittetur,etiam ſi poſt annum illud denuo petierit, & implorauerit, vt his iudicatum per S.Conſ.refer.D. Conſil.Rou.ad pragm. 2. nu. 3. de ceſſio.bonor.)

Intellige tamen prædicta,vt is ſi venerit ad pinguiorem fortunam, ſatisfacere debeat ſecundum Iaſo.in d.§.fin. num.2. & 3. inſtit.de actio. & Scaglio. in d.prag.num.41.per quos multa videre poteris in materia, & de hoc cauere tenetur,non ſatiſdare. Bald. in d.l. 2. C. qui bonis cedere poſſ.& Doct.in c. Odoardus de ſolut.

Quartus, & vltimus caſus eſt, vt ceſſio bonorum non competat contra creditorem(quod ſupra in moratorijs firmabamus

mus) ex delicto, vt puta ſi quis fuiſſet pro iniuria illata alicui ad centum condemnatus; nam pecuniaria pœna in corporalē hoc caſu conuerti debet, ita Viu.lib.1.comm.op.91.

( Adde. Tenere videtur Andr.in c.1. poſt nu. 50. ibi ſecundum hoc reſpondetur ad quæſtionem, quæ ſint regalia. Piguer. dec. 6. quem refert, & ſequitur Ricc.collect. 831. Licet videatur aſſerere contrariū Theſſ.deciſ. 182. & ipſum ſequi D.Rou.ad pragm.3. num.2. de ceſſio. bonor. an autem ceſſio prædicta procedat in debitore fiſcali vide adductos per conſ. Rou.loc.cit.n.4.)

Hoc verò intellige in principali debitore, ſecus in fideiuſſore, quem poſſe beneficio ceſſionis bonorum gaudere, dixit in Sacr. Conſilio deciſum de Franch.dec.507.

38 Sextus principalis caſus eſt, vt non carceretur debitor, ſi produceret priuilegium Brunduſinum, quod Brunduſij habitantibus conceſſum eſt, ne ſoluere creditoribus exteris compellantur per quinquennium, de quo per Gramm. conſ.ciuili 16. & Grau. par. 5. declar.33. num.51.

29 Septimus caſus eſt, ſi debitor veniret cum ſacculo paratus; & ſatisfaceret in promptu, vel faceret depoſitum in Curia, vel inſtrumentum publicum prorogationis ad ſoluendum præſentaret. Carau.in rit.174. 1. q. num.2.

Quietationis, & ſolutionis, vel aliam cautelam authenticam, vt acta iudicialia, vel partitam publici banci produceret, vel teſtes in promptu de ſatisfactione prædicta teſtificantes, tunc enim carcerationem euitabit, & pœnam, ita habetur in ritibus 166. num. 174. 175. & per Rober.conſid.4.nu. 53.

(Adde. Et ſcias ex conſumatiſſimo Iureconſulto, & reg. Conſil.Dom.de Boctis ad d.ritum 175. qui eſt apud D. Tap. fol. 241. lib.3. quod ſolutionis probatio practicatur duobus modis, primo quia teſtes recipiuntur poſt inſtrumenti præſentationem itaq. in vltimo peremptorio reperiantur examinati citata parte, & impediatur executio. Secundò quādo producuntur in vltimo peremptorio in banca imprompptu, & curia pro tribunali ſedente. Hinc ad hoc euitandū, & ne fraudes fiant per debitores adducentes teſtes corruptos conſueuerunt creditores ſibi proſpicere per pactum qđ ſolutio nequeat probari per teſtes; ſed tantum per ſcripturā, quo caſu eo attento, & iuramento adhibitio, ſi citatus debitor ſolutionem opponeret in promptu probandam per te-

O 2 ſtes

ſtes,adhuc non audietur, & liquidabitur contra ipſum inſtrumentum ita ex adductis p Vrſill.ad Affl.deciſ. 398. patet, quo loci in S.Conſ. obtinuiſſe dicit,nempe quod non obſtante examine teſtium facto fuit condemnatus debitor, & executio facta de anno 1554.

40 Sed pone quod quis produceret apocham ſolutionis an impediat liquidationem,& dicas,quod aut apoca eſt ſcripta vel ſubſcripta propria manu creditoris, & tunc poteſt cogi ad recognoſcendum, & recognitione pendente debet ſuperſederi; ſed ſi ſit ſcripta ab alio, & ſubſcripta à teſtibus,& tunc quia altior indago,eſt neceſſaria,niſi teſtes in promptu producantur ad verificandum, carcerabitur debitor facta liquidatione,& in carceribus verificabit,ita per multa in ſimili caſu, dicebat Foller. in praxi cenſuali verſic. quæ quidem exceptiones in medio num.62. fol.228.

(Adde. Sed quid ſi compareret debitor, & allegat ſatisfactionem, & producat apochã ſcriptam,& ſubſcriptam manu creditoris tantum, & quia de ea nõ ſolet haberi rõ,vel dubitatur de creditoris negatione, exhibet debitor multitudinem apocharum de præterito ſimili modo factarum, an ex violenta comparatione per hanc multitudinem comparatio plenam faciat probationem ? Dicas quod ſic ex doctr.Bart.in l.admonendi num. 26. ff. de iureiuran. ibi tanta poteſt eſſe vis comparationis. per quam ita Paris de Puteo de reintegrat. feud. cap. 201. num. 9. & in cedulis deciſum dixit in S. Conſ. Ann.ſing.274. & in literis miſſiuis Vrſill. ad Affl.deç.181.)

41 Et circa ſatisfactionem in promptu ſcias quod dicitur iuuare ſi fiat eo tempore quo fit liquidatio,alias ſi fieret eodem die facta liquidatione illinc ad tres,vel quatuor horas liberaretur quo ad creditorem,non autem quo ad pœnam Curiæ, ita poſt multa tenuit Carau.& in Regia Audientia Principatus citra decretum fuiſſe teſtatus eſt in ritu 199.num.6.& ſequentibus.

42 Et inſuper nota, quod ſi debitor non affert integram ſummam; ſed deficit aliquid,vtputa ex centum deficiunt decem, vel minus,licet in modicæ ſummæ omiſſione præſumatur error per text. in l. quamuis ff. de conditt.& demonſtr. tamen ex doctr. Iaſon.in l.ſi quis maior, C. de tranſaction. & l. qui rem num.16. C.de Sacroſanct. Eccl.& in l. 2.C.de iur.emphyteot. & aliorum,quos refert,& ſequitur Gozzad. conſilio 69.

num.

num.8. procedetur ad liquidationem, & tenebitur ad pœnã creditore volente liquidationẽ facere, & hoc ratione iuramenti Gozzadin. conſ. 57. num. 15. Benintend. deciſ. 6.

(Adde. Solutio autem debet fieri in loco debitoris in dubio, quando creditor, & debitor ſunt diuerſi fori Bar. in l. item illa n.9. verſ. ſi vero, & n. 10. in fi. ff. de conſtit. pecunia Affli. deciſ. 316. ac alij adducti per Amatum conſ. 66. nu. 3.)

43 Non ſic erit ſic citatus debitor ſuper tenore inſtrumenti, vbi eſt pactum reſciſſorium in caſu tardatæ ſolutionis tertiarum, liquidandi pro capitali, & tertijs decurſis, comparet cum tertijs debitis; nam is ſeui tabit pænam reſciſſionis, & periurij, & ſic purgabit morã, & pro capitali nõ liquidabitur inſtrumentum, ita Tartaglia in praxi ciuili cap. 1. num. 43. qui nihil allegat, ego verò dico hoc eſſe de æquitate Sacrorum Canonum, ſecundum quã

44 in Regno pæna non debetur, neque irrogatur, niſi quatenus cum intereſſe concurrat, vt per Affli. in deciſ. 135. & nos diximus ſupra rubr. Aduertat ad debita, & cauſas num. 35. voluitque Loffred. conſ. 41. & in ſpecie Vrſil. ad Affl. dec. 174. n. 3

45 Vnde ſi debitor diues eſt, tunc non liquidabitur pro capitali, quia non intereſt creditoris habere pecuniam à debitore: quod ſi intereſt eã habere ab eodem puta, quia vergit ad inopiã, vel eſt oneratus alijs debitis, & ſuſpectus, ſecus eſſet, quia liquidatio procedet pro capitali, & tertijs non obſtante illarum oblatione, & depoſitione; vt in vtroque caſu Deciſum retulit Annius in Sacro Conſ. ſing. 349. & pro debitore ratio eſt, vt poſſit mora purgari, etiam ſi interuenerit in contractu iuramentum, quia in Regno proceditur ſola facta veritate in ſpecta, vt dixi Marcel. Calà familiaris meꝰ dulciſſimus in tracta. de modo articulandi p. 4. q. 24. num. 58. vbi victoriam in caſu occurrẽti reportaſſe docuit per d. doctrin. Annij.

46 Sed quæro quid ſi quis agat via ritus contra debitorem ex cauſa annui cenſus perpetui vel cum pacto redimendi pro tertijs quinque, ſex, vel plurimum annatarum, qui producat tres apochas de ſolutione, an pro alijs annis retro, de quibus nõ habet apochas, præſumatur ſoluiſſe, & per hoc ſit liberãdus? Et reſolutiuè dicas, quod quando apochæ ſunt triũ annorum cohærentium, & immediate præteritorum, præſumitur ſolutio pro alijs annis, ſi autem ſunt apochæ trium annorum non cohærentium; ſed interpolatorũ, quia vna eſt de anno 1604. alia de anno 606. &

alia de anno 1608. pro annatis retro, de quibus non demonſtratur apocha, tunc ſolutio non præſumeretur ita eſt text. ſingularis in l. quicunque C. de apochis publicis lib. 10. ſic intellectus per docto. ibidem, & nouiſſimè declaratus per S. C. referente d. de Franch. in ſua deciſ. 137. quem text. pluribus nos exornauimus in noſtra praxi feud. reintegratoria §.

47 Et quod impediatur liquidatio per reuelationes per literas monitoriales hab. tas, copia earũ authentica præſẽtata teſtantiũ de ſolutione, vel alio impedimento iuſto, non obſtãte, quod teſtes non ſint iurati, probatio ſit extraiudicialis, in Regno per clauſulam pragmaticæ ſine figura iudicii docuit idem Calà gloſ. 3. §. 1. q. 19. num. 51.

48 Satisfactio autem non dicitur fieri, quando pecunia ſoluta eſt à creditore auocabili, & confuſa; hinc eſt, quod ſi prouenit à venditione bonorũ ſequeſtratorum facta per iudicem, qui illam liberaſſet creditori cum cautione de reſtituendo quibus, & quando, niſi præſtet debitor fideiuſſorem de exhibendo indemnem creditorem, ita nũmos recipientem non erit liberatus, vt per Præſid. de Franch. deciſ. 200. per totam, idque maxime per tex. in l. non videtur, ff. de acquir. poſſeſſio. & l. ſi creditor ff. de ſolutio, per quas limitari regulam, de qua in §. 1. inſtit. quibus mod. toll. oblig. dixit, & notabiliter.

(Adde. Eſt tamen verum, quod non per hoc ad iſtantiam eiuſdem creditoris poterit carcerari vigore liquidationis primo loco factæ, nec poterunt reuocari literæ executoriales realiter, & perſonaliter vigore inſtrumenti per prius liquidati non modo donec pecunia cum effectu auocetur à manibes creditoris, vt in caſu d. dec. de Franch. 200. Sed etiam quãdo fuerit coactus reſtituere pretium acceptum cum cautione vt ſupra alteri creditori, & debitor audietur ordinariè in iuribus ſuis, vt contra decretum Magn. Curiæ in caſu hęredum Annibalis Caraccioli, & Ioannis Michaelis de Morra, ac Corneliæ de Magiſtro iudice coniugẽ fuiſſe deciſum per S. Conſ. refert d. Conſ. Rouitus in rubr. de inſtrum. liquidat. per ſuas allegationes, quas à num. 40. vſque ad 48. proſequitur.)

49 Sed iuxta præmiſſa pone, q quis dum deberet conſequi à Titio centum nomine mutui pro quo ſeſe obligauit iuxta ritum, accepit poſtea in ſolutum, & ſoluti nomine ab eo quandam domum, ſiue totidem annuos introitus reſ-

ſer-

ſeruatis tamen ſibi in contractu iuribus antiquis in caſu eui ctionis, iuxta doctr. gloſ. in l. libera, C. de ſent. quam approbat Bart. in l. ſi quis aliam ff. de ſolut. quæ domus, ſiue annui introitus fuerunt euicti, ob quod creditor conuenit Titiū ex primo contractu ſuper tenore inſtrumenti iuxta ritum liquidandi, hic comparens opponit in ſolutum dationem, quæ habet vim ſolutionis l. 1. 2. & toto titulo ff. pro ſoluto. replicat ille quod res eſt euicta, triplicat Titius, quod debet agere ciuiliter ex contractu dationis in ſolutum, & non ex primæua actione reſeruatione non obſtante, cū nihil iuribus extinctis amplius operetur, quæritur quid iuris?

Reſolutiuè dicas, quod liquidatio fiet contra Titium debitorem ex deductis per de Franch, in ſua deciſ. 50.

50 Solutio autem, vt liberet debitorem debet eſſe facta creditori idoneo, vnde ſi fiat pupillo abſque tutore, vel minori abſque curatore, & tutor inde, vel curator conuenire faciat debitorem ſuper tenore, qui excipiet de ſolutione, vt ſupra facta, non liberabitur, vt notatur in gloſ. §. at ex contrario cum §. ſeq. in inſtit. quibus alienare licet, vel nō, & per doct. in §. 1. inſtit. quibus mod. tollitur obligat. quod ego notaui contra Petrum Lamp.

51 Sed circa depoſitum notes; debitor ſecum debet afferre in Curia pecuniam, & oppſito, q̄ non debet aliquid creditori citanti, quia iam ſoluit, & ſatiſfecit, offerat pecuniam, vt deponatur, & non liberetur, niſi &c. & eo caſu non fit liquidatio, & pecunia deponetur penes perceptorem, ærarium, vel alium fidum hominem in terris, & locis aliis, vbi non ſūt hæ perſonę publicæ arbitrio iudicis, Grauin p. 4. declar. 8. num. 59. deinde creditori liberatur cum cautione de reſtituēdo in caſu ſuccubentiæ; hinc eſt, quod non ſufficeret ſi compareret, & præſentaret fidem

52 quod pecuniam debitam penes campſorem, vel magnum diuitem depoſuit ad euitandū fraudes, Carauit. dictu ritu in 199. principio, & num. 3. in fine.

(Adde. Et ſic intelligitur de depoſitis explicitis integris, non defectiuis, vel conditionatis. Item hæc depoſita non poſſunt fieri de iure penes iudices vel actuarios ob præſumptam auaritiam, & dilationem expeditionis, vt per allegata à Cōſ. Rouito in pragmatica quarta, numero vndecimo de inſtrument. liquidation. An autem ſi huiuſmodi depoſita fuerint facta penes Eccleſiaſticam perſonam iudex ſęcularis co-

get eam renitentem ad liberationem? Conſ. Rouit. remittit ſe ad Auileſ. in c.10. iudic. ſyndico in verbo nombrare nu. 2. in d. pragm. 4. num 12. & 13. )

53 Et quidem licet ſatisfactio, aut ſolutio promptuaria per amicum fieri poſſit nomine debitoris non comparentis, non tamen depoſitum, vt per eundem, vbi ſupra num. 12. qui intelligit quando depoſitum fit animo excipiendi contra inſtrumentum nomine debitoris, ſecus ſi depoſitum fit, quia obſignatam, ſeu oblatam pecuniã integram coram teſtibus, accipere recuſauit ab amico, iuxta tex in l. obſignatione cum ſimilibus C. de ſolution. tunc enim poterit depoſitum fieri poſt oblationem, & impediret liquidationem, & cætera, l. qui decem §. cum mihi verſ. hic quoque, ff. de ſolut. quam ego notaui in caſu Branchæ cum Sancto de Renda in cuius ego locum ſubintrans obtuli pecuniam congruo loco, & tempore in terra Altimontis, vbi celebratus erat contractus, & recuſauit accipere; nã depoſui.

(Adde. Et tandem accepit, & liberauit me mediante contractu per Not. Luc. Arterium Spinellum, qui cum peritia in officio, tum vitæ integritate primarijs Ciuitatis Neapolis notarijs eſt merito comparandus. )

54 Sed circa prædicta quæro, quid ſi debitũ poſt liquidationem contra ſe factam verè ſatisfecerit debitor per depoſitũ quod ſit liberatum creditori cum cautione, qui fuerit inde coactus reſtituere illud alteri creditori, an ſecuta hac auocatione pecuniæ poſſit carcerari ad inſtantiam eiuſdem creditoris vigore liquidationis primo loco factæ? Et quod nõ, ſed debeat ordinariè contra ipſum agi, & ordinariè audiri in iuribus, dixit deciſum in S. Conſ. contra decretum Magn. Curiæ, Rouitus. in rubr. num. 28. de liquid. inſtr. non remittit. fol. 32. *

55 Satisfactio autem per tres teſtes adeò admittitur, quod non valet, neque tenet pactum in inſtrumento appoſitum, vt ſolutio per teſtes probari nõ poſſit; ſed per inſtrumentum publicum, vel aliam ſcripturam authenticam, & ratio eſt, quia vergit contra publicam vtilitatẽ gloſ. in auth. vt fine prohibit. matres §. quia vero, verſ. Senatus Coll. 7, gloſ. Bart. & Alexa. n. 12. & Iaſon n. 5. in auth. iubemus C. de iudit. Soccin. regula 8. quæ incipit renunciare iuri ſuo in 3. limitat litera R, vbi hanc dicit communem opinionẽ, (quidquid Frecc. p. 16. q. 13.) ita tenuit additio ad eũ per doctr. Marſilij in rubr. n. 33. C. de probat. & additio ad Rober. conſid. 4.

ſid. 4. poſt numerum 53. vbi limitat duobus modis, primo quando eſſet appoſitum iuramentum, & ſecundo, quando renunciatio eſſet facta in iuditio in caſu tamen extraneo à materia noſtra, quẽ videto per ipsũ.

Vnde ſi debitor citatus venit cum teſtibus deponentibus in promptu de ſolutione, vel alia exceptione adeò euitabit carceres, quod ſi creditor replicaret oppoſitum, & quod vult ꝓducere teſtes in contrarium nõ eſt audiendus: probatio enim debitoris eſt promptuaria, quę à ritu admittitur ad inſtructionem iudicis, & rigorem ipſius ritus moderandum circa carcerationem, quinimò admittuntur teſtium reuelationes vt diximus ſupra num. 47. Ideoque hoc caſu vigore depoſitionum teſtium prædictorum decernitur, quod procedatur ordinariè, atque in iuditio ordinario datur terminus ad probandum incumbentia. Robert. conſid. 4.
56 n. 54. & 55. vbi quod huiuſmodi teſtes ad ꝓbãdã ſolutionem ad min' debẽt eſſe quinq; & rogati, qui deponant interfuiſſe numerationi; at quod duo ſufficiant ad probandum ſcripturam de ſatiſfactione, & licet Frecc. in princip. p. 16. q. 1. dixerit, quod duo ſufficiant teſtes per doctr. Bald. in l. 2. C. de edicto D. Adrian. tollen. & n. 11. ita obſeruari vidiſſe retulit quod data probatione in promptu, & poſt lecturam ipſius inſtrumenti productis teſtibus, quando probatio non eſt apertiſſima, liberatur principalis à carcere ſub fideiuſſoribus de ſe præſentando perſonaliter, quoties fuerit per iudicem interpellatus, vel ei viſum non eſſe legitimam probationem, & ſequenti quæſtione docuerit, quod probatione facta per vnicũ teſtẽ iuramẽtũ ſuppletoriũ nõ defertur.

Tamen intelligendus eſt in caſu ſuo ſcilicet ad impediendam carcerationem, & ſub cautela prædicta: non enim apertiſsima dicitur probatio per duos teſtes contra inſtrumentum publicum, ſed per quinque, & ratio (meo quidem iuditio) eſt, quia quinq. teſtes
57 æquiualent publico inſtrume. ſecundum ſingulare dictum Cyni l. optimam C. de contrh. & committen. ſtipulat.

(Adde. Quatenus tamen Frecc. p. 16. q. 1. admittit teſtes ad probandã ſolutionem, ſcias requiri, vt ſint rogati ad eum actum, nec ſufficere ſi ob aliud opus afferant ſe fuiſſe pręſentes §. licet dudum, & §. neque igitur in auth. de teſtib ꝙ notandũ & à nemine animaduerſum aſſeruit Conſ. Rouit. de inſtru. liquidat. in rubr. num. 30.

Solutione igitur, vel ſatiſfactione probata per inſtrumẽtum, ſcripturas, vel teſtes, vt ſupra,

ſupra, in numero oportuno no tatos, creditor punietur tanquam calumniator, & periurus, vt dicat prędictus ritus 175. in fine non autem punietur pœna manus, vt antiquitus: ſed pecuniaria carolenorum ſcili-
57 cet quindecim pro vncia, vt in fine ritus 166. verbis rotundis habetur, ad expenſas litis, & alia diſpendia: & pro periurio pœna extraordinaria ad arbitrium iudicis, ita Carau. in dict. ritu 165. num. 4. & ſeq. de Franch. deciſ. 162. nume. 7. quę hodie ſtatuta eſt, & taxata per Regiam pragm. 4. Ducis Oxunæ cap. 4. vt in nobilibus ſit pœna relegationis, & ignobilibus triremium per triennium, dummodo actores ſint principales, & de ſatisfactione conſtet per ſcripturas publicas, vel apochas de iure validas, quod eſt notandum valde. ex quibus ſequitur non habere locum, quo ad pœnas corporales diſpoſitionem rituum, & pragmaticę probata per teſtes ſatisfactione.

(Adde. Quam pragmaticam extende, & reſtringe, vt per Conſ. Rou. ad eam, quæ eſt 5. ſub titulo de falſis.)

59 Sic etiam naſcitur limitatio prædictorum, vt non procedant in hærede agente, quia cum iuſtam ignorantiæ cauſā habere præſumatur per deducta ſupra in Rubr. Aduertat inſuper ad debitorem numero decimo quinto, non punietur; vt ſupra conſtito de ſolutione facta defuncto, vt in d. pragm. & ante eam dixit Robert. dict. conſid. quarta, numero 53. in fine.

60 Quod autem ſatisfacere non dicatur, qui ceſſit actiones, vel iura, vel qui pignora dedit, notat gloſ. in l. legaui verſ. legata, ff. de libera. legata. Alexand. ad Bart. in l. in cauſæ ff. de procurator. idem Alexand. in lege prima, numero quarto ff. qui ſatiſdar. cogant. additio ad Bald. in capitulo 1. de benefic. fratris, verſ. extra nota.

Octauus, & vltimus caſus; vt quis non carceretur eſt quoties debitor ipſe opponeret quaſcunque alias exceptiones, quæ in promptu probarentur, quæ cum ſint multæ, & in promptu, vt plurimum difficulter probentur, ob quod eum oportet in carcere detrudi; ideò in ijs ipſo morante, exceptiones haſce videamus in ſequenti rubr.

Ioannes Paulus Galterius V. I. Doctor.

Atq; in ijs diſcutiantur exceptiones oppoſitæ. Rubr. III.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio nouationis, vel delegationis poteſt opponi cōtra inſtrumentum, & quid nouatio.*

2 *Nouatio hodie nō inducitur niſi expreſſis verbis regulariter. & de ampliationibus, & limitationibus. num. 3.*

4 *Delegatio quando fiat, & quæ ad eam requiranrur.*

5 *Compenſatio quid, & eius exceptio quando opponi poſſit num. 6. cum pluribus ſequentibus.*

6 *De liquido ad illiquidum non datur compenſatio.*

7 *Pauper admittitur etiam ad compenſandum debitum ſibi ceſſum.*

8 *Renunciatio ad præterita non futura extenditur.*

9 *Debitor effectus inde creditor, vt compenſet, cautela.*

10 *In debito pœnali inducitur ipſo iure compenſatio.*

11 *Cōtra obligationes penes acta an, & quando compenſatio admittatar?*

12 *Ius fiſco quæritur, & pœna committitur per incuſationem partis.*

13 *Contra iuramentum admittitur cōpenſatio in Regno, in quo proceditur ſola facti veritate inſpecta.*

14 *Caſus, in quibus compenſationis exceptio non iuuat.*

15 *Ecceptio nouæ conuentionis quæ ſit, & comparitio in ea qualis debeat eſſe.*

16 *Nouam conuentionem, compenſationem, vel ſatisfactionem allegantis libellus debet eſſe clarus, & lucidus, ac continens ſpeciem ſatisfactionis.*

17 *Allegantes, & non probantes nouam conuentionem, ſatisfactionē, vel compenſationē, qua puniantur pœna.*

18 *Exceptio contractus vſurarij contra inſtrumentum opponitur.*

19 *Simulatus contractus quando dicatur, remiſſiuè, & per quam clauſulam excludatur ſimulationis exceptio nu. 20.*

21 *Falſitatis exceptio opponi cōtra*

*tra inſtrumentum poteſt.*

22 *Teſtium omni exceptione nõ maiorum ecceptio contra inſtrumentum opponitur.*

23 *Exceptione maior teſtis quã do dicatur.*

24 *Vis, doli, & metus exceptio, atque in integrum reſtitutio contra inſtrumẽtum opponi poteſt, & n. 25.*

26 *Exceptio nullitatis, & alia qualibet in promptu probata liquidationem, & carcerationem impedit.*

27 *Legis reiectio, vel dilatio nõ extenditur ad exceptionẽ, quæ in promptu probari poteſt.*

28 *Probatio in promptu fit per inſtrumentum publicum, ſcripturam authenticam, & teſtes, & quę dicatur authentica ſcriptura.*

29 *Dilatione pendente officium Iudicis conquieſcit.*

30 *Debitor carceratus non habens vnde ſe alat, poteſt petere à Iudice creditorem cogi ad ſibi alimenta præſtandum.*

31 *Expenſæ ſubminiſtrandæ debitori à creditore ad quã rationem taxentur.*

32 *Quod expenſæ debeantur à creditore debitori, etiam lege duodecim tabularum cautum eſt.*

QVoniam tempore liquidationis faciendę debitor non ſemper habet exceptiones prõptuarias, de quibus ſupra dictum eſt, ob quod carceres, vt in principio rubricæ præcedentis, euitare non poteſt, vnde datur peremptorius terminus ad probandum, & defendendũ circa exceptiones allegatas, vt per ritus 69. & 171. Grauin. part. 4. declarat. 13. quæ licet in promptu probari poſſint, tamen quia cõtingit, vt plurimũ in ijs requiri altiorem indaginem, hoc eſt non poſſe examinari infra tãtum temporis ſpatium infra quod proceſſus principalis expediretur, ſecundum Bar. in Conſtit. ad reprimendum verſ. ſummariè num. 4. quod eſt in momento in caſu noſtro, vt per Canar. quæſt. 9. vel poſt lecturam inſtrumenti, & interrogationem factam, vel poſt, adhuc tamen iudice pro tribunali ſedente Frec. parte. 16. q. 1. numer. 8. & 9. ideoque iudex mandet debitorem, ſiue negantem, ſiuè confitentem, vt ſupra, vel aliquid contra inſtrumentum opponentem detrudi in carceres, ipsũq; inde oportet impetrata à iuramento abſolutione ad effectum excipiendi ſecundum Gagliar.

§. 3.

§. 3.num.44.& 45. in exceptio-
nibus propoſitis ſe defendere ,
eaſque probare , quæ quoniam
multæ ſunt; ideo de ſingulis diſ
ſerendum breuiter eſt . & Pri-
ma quidem eſt exceptio dele-
1 gationis, ſiuè nouationis, atq;
nouatio nihil aliud eſt , niſi
prioris obligationis in poſte-
riorem facta transfuſio , & di
citur à nouando,quia nouat,&
primam obligationem ſimpli-
citer tollit , & in ſecundam
transfundit.

Vndè ſi quis me conuenerit
ſuper tenore inſtrumenti, poſt
quod facta eſt obligatio inter
nos primæuę obligationis ex-
tinctiua, tunc ego poſſum ex-
cipere ex capite nouationis,ita
doctores vltramontani in §. 1.
inſt. quib.mod.toll.oblig.

2 Hæc autem nouatio hodie
non inducitur,niſi expreſsè di-
catur,quod fiat ſecunda obliga
tio animo nouandi præceden-
tem,l.final.C.de nouat. & adeò
eſt verum,quod nec per tempo
ris adiectionem, ſiuè proroga-
tionem , nec ex tacita mente
contrahentium fieri nouatio
dicitur ipſo iure, licet ope ex-
ceptionis benè,ſi ex manifeſtiſ
ſimis coniecturis appareat,qđ
partes voluerint nouare , ita
Viuius lib.2. comm.opin. 550.
D.de Franch.dec.15. num. 1. &
2.allegans Dec.Affl.44. nu.15.
3 plures vero ampliationes, & li
mitationes ponit Vrſill. ad Af-
flict. in deciſ.353.& inter alias
dixit prædicta non procedere
in delegatione,per quam dici-
tur nouatio fieri , etiam quod
hoc non ſit expreſsè dictum;
4 & quidem cum prima obliga-
tio transfertur in ſecundam
accedente tertio, dicitur dele-
gatio, puta ſi ego cum deberē
tibi decem,delegaui Titium,
qui promiſit eadem decem ſol-
uere nomine meo, de qua in d.
l.fi.C.de nouat.

(Adde. Et delegatio ſolutio
dicitur l. quamuis §. interdum
Ad.S.C.Velleianum.)

Hinc in delegatione plura
requiruntur , mandatum debi-
toris delegantis l. quamuis, §.
ſimile ff. de nouatio. quod de-
legatus ſit debitor delegantis,
aſſenſus,& voluntas delegati l.
1.C.de nouatio.& vltimò vt de
bitor promittat debitum cre-
ditori per ſtipulationem nomi-
ne delegantis l. delegare ff. de
nouatio.l. 1.C.eodem, & extat
doctrina Affl.in d.dec.353. in
qua fuit deciſum, quod ſi debi-
tor delegauit Bancum,ſiuè cā-
pſorem creditori,qui præſenta
ta apocha Banco acceptanti
partitam, non acceperit pecu-
niam:ſed illum ſuo nomine de-
ſcribi in libro voluerit, & inte-
rim Bancū decoxit, ꝙ ſit debi-
tor delegās liberatus: niſi illud
eſſe decoctū,vel cito decocturū
vel aliter nō ſoluēdo eſſe debi-
tor delegās p̄ſcierit,vt ꝑ Vrſil.
ad

Digitized by Google

ad eum num. 7. in fine, & dixit de Franch. dec. 108. quæ limitatio non placet mihi cum fuerit in libertate creditoris accipere ſuam pecuniam.

Quod autem huiuſmodi exceptio opponi poſſit, dixit Grauinen. part. 5. declar. 13. num. 25.

5 Secunda exceptio eſt compenſationis, quæ eſt debiti, & crediti inter ſe contributio l. 1. ff. de compenſat. & introducta eſt; nam noſtra intereſt potius non ſoluere, quam ſolutũ repetere l. 3. ff. eod. & habet locum quando ab vtraque parte debetur quantitas, vel aliquid promiſſum eſt in genere, & eiuſdem generis vtrinque l. conſtat cum ſimilibus C. de compenſat. non ſic in debito ſpeciei.

(Adde. Amplia vt etiam contra inſtrumentum dotale opponi poſſit. Affl. dec. 121. in 3. dubio. Dom. de Franch. dec. 642. Secundo amplia, vt etiam poſt ſententiam opponatur, & eius executionem impediat. Affl. dict. dec. 121. in 2. dub. Surd. dec. Mant 111.)

Sed ſi quæratur an, & quando, quibuſve caſibus oppoſita iuuet, etiam ad carcerationem impediendam ex noua declaratione definitionis prædictæ patebit. Dicitur contributio debiti, dicas tu certi, & liquidi,

6 non autem illiquidi, quia de credito liquido ad debitum illiquidum non datur compenſatio l. fin. C. de compenſ.

(Adde. Affl. deciſ. 381. in 2. dubio, & Faber dec. 10. eod.

Item debiti liquidi intelligas tu in inſtrumento iurato contenti, quoties opponitur contra creditum inſtrumento ſimili comprehenſum, aliàs enĩ non contingeret compenſatio, & ita procedit Affl. Dec. 381. cũ ibi notatis per Vrſill. qui tamẽ dixit, quod nunquam potuit obtinere in Sacr. Conſil. & Magna Curia, vt contra obligationes pęnes acta, & inſtrumentum iuxta ritum præſentatum compenſatio admitteretur, & fortè ex ſolenni conſ. Gozzad. 69. rarioque huius declarationis, & dicti eſt, quia de debito non iurato ad creditum iuratum non ſit compenſatio ſecundum allegata per Viuium communi opin. 114. & ita intelligendus eſt Frecc. p. 17. & vlt.

7 Fallit tamen id in paupere oppreſſo onere filiorum, & aliter non ſoluendo, qui ad compenſationem debiti admittendus eſſet, etiam ſi compenſare vellet debitum creditoris citantis ſibi ceſſum per citantis creditorem, vt in dec. Affl. 163. & vide Calà de modo articul. & proban. glo. 4. ſola facti veritate inſpecta q. 7. num. 17. vbi in Regno per hanc clauſulam admitti generaliter compenſationem dixit, & quod deciſio

prs-

prædicta Afflicti fuit diſcuſſa in terminis iuris communis, & quod ipſe contra conſuleret,& iudicaret.

(Adde. Et cumulata per Ricc. collect. 820. & attenta opinione Alex. conſ. 91. vol.2. quem ſecutum eſt S. C. in dict. 381. eadem tres patitur limitationes,quas refert D.Conſil. Rou. in rubr.de inſtr. liquid.n. 34. & 35. quarum prima eſt, quando per creditoris confeſſionem de oppoſita compenſationis veritate conſtaret, vt in dec. 1.Cappell.Tholoſ. quam ſequitur Scaglion. in ritu 163. num.55. Secunda in inſtrumẽto liquido guarentigiato, ſed non iurato(declara tu pœnam tantum continente) vt per Sebaſtianum Medices in tract. de compenſ. par.1.q. 47. & p. 2.q. 20. Tertia in caſu Afflict. in d. dec. 121.de quo latè per Galleſ. de obligat.ad formam Camer. in 4.particula 2.par. quæſtio.2. num. 7.)

Similiter debiti liquidi contenti in inſtrumento iurato,intelligas tu confecto poſt inſtrumentum crediti ſecundùm allegata ab Affl. in d.dec. 163. nu. 3. etiam ſi in inſtrumento crediti eſſet compenſationis exceptioni renunciatum.

(Adde. Affl.d.dec. 381. Puteus dec.452.lib.2.)

Quia renunciatio ad præte-
8 rita,non ad futura extẽdetur,& ita procedit dec.Capyc. 167.in fine, aliàs ſi contineretur in inſtrumento confecto ante inſtrumentum crediti non procederet, quia debitor, itemque prius creditor videtur ſe ſe ad non compenſandum obligaſſe, ita notatur per Affl.in d.deciſ. 381. & per Capic.in d.dec.167.

9 Hoc autem intelligo dummodo in præſentia creditoris debitor,itemque creditor cùm penſare volens, confeſſis contentis in inſtrumento præſentet inſtrumentum ſuum, & inſtet, vt illum interroget ſuper illius tenore reſponſurum,& ſi vè neget, ſiuè confiteatur fiat compenſatio ipſo iure,etiam ſi expreſſis verbis compenſatio nem non opponat, ita decreuit Sacrum Conſ. teſte Affl. in deciſ.121. in principio,vbi dixit, quod propterea imponitur neceſſitas Iudici ad compenſandũ, ratioque eſt in caſu noſtro,
10 quia ſumus in debito pœnali, ita Alexan.conſ.85.ponderatis narratis num.4. volum.4. Vrſillus ad Afflict. vbi ſupra, & Viuius commun.opinio.114.num. 2. & ſic carceratio euitatur, quia actio extinguitur l. ſi vnus §. pactus ne peteret, ff. de pactis.

Nec obſtaret replicatio creditoris citantis,ac fortè dicentis facias me citari ſuper teno
re

re prius, quia reſpondebo in
vltimo peremptorio,& interim
tu ſoluas, vel in vinculis cau-
ſam dicas,quia cum ſit in iudi-
tio præſens,alia citatio, quam
verbalis,& prompta non requi
ritur ex ijs, quæ ſupra dixi Ru-
br. Expediatur citatio num.17
faciuntque dicta Galleſij de
Camer. obligatione quęſtio.2.
num. 8. ad quartam particu-
lam.

11 Et quoniam præmiſſa pra-
ctica, & cautela difficulter ve-
rificari poteſt contra obliga-
tiones pœnes acta ſtipulatas,
& iam de ſtylo abſque citatio-
ne incuſatas, vt in Magna Cu-
ria, & Patria mea, ac alibi;
ideò contra ipſas vix admitte-
rem compenſationem, niſi in
carcere exiſtat compenſare vo
lens, & abſolutus iam à iura-
mento in caſu neceſſario, ſuum
citato debitore liquidet eredi-
12 tum; ratioque me mouens eſt,
quia ius iam eſt fiſco, & parti
per incuſationem quæſitum,
& pœna commiſſa,quo caſu A-
lexand.in d.conſ.85.num.4. di-
xit non competere compenſa-
tionem debitori prout vult,vi-
13 de per ipſum. & quod contra
iuramentum admittatur com-
penſatio in Regno per clauſu-
lam in pragma. Sola facti ve-
ritate inſpecta tenuit Calà loc.
ſupra e.n.7.

14 Caſus autem vbi huiuſmodi
exceptio oppoſita opponentē
non iuuet,ſunt multi, quos eſt
videre in titulo ff. & Cod. de
compenſat. inter alios eſt de-
poſitum contra quod compen-
ſatio non datur l.penult. C.de-
poſiti,& d.l.fi.C.de compenſat.
de Franch. d. dec. 151. niſi pro
expenſis factis in eo,vtpulchrè
limitat Soarez comm.op. 148.
verſ.compenſatio,communéq;
opinionem dicit ex Fulgoſ. in
l.ſi plures ff.depoſiti,item con-
tra dotem l.vnica §. taceat C.
de rei vxo. actio. Item contra
doctores petentes eorum ſala-
ria Alber.in d. l. fin. hosq; ca-
ſus refert Viuius d.commu.op.
114.

(Adde. Limita quoque in
decem alijs præter hos caſibus
notatis per Ricc. collectanea
305.

15 Tertia eſt exceptio nouæ
conuentionis;quæ eſt,ſi ego de
bebam tibi decem vigore in-
ſtrumenti publici, & poſtea ex
aliqua cauſa de nouo conueni-
mus, vt pro ijs ego tradam
equum, vel aliud; tunc poſtea
citatus ego ſuper tenore inſtru
menti continentis decem poſ-
ſum opponere nouam conuen-
tionem, de qua loquuntur do-
ctores allegati per Grau. decl.
14. vbi ſupra amplianetem duo
bus,& limitantem vno modo.

16 Eſt autem hic aduertendum
quod qñ allegatur noua conuē-
tio, compenſatio, vel ſatisfa-
ctio comparitiones, & libelli
debent

Digitized by Google

debent eſſe clari, & lucidi ex-
primentes ſpeciem ſatisfactio
nis, compenſationis, vel nouę
conuentionis,aliàs non admit-
tuntur ſub pœna actuarijs in-
fligenda ducatorum quinqua-
ginta,& allegantibus, ac non
probantibus ducatorum duo-
17 decim applicandorum,partim
fiſco, & partim parti, vt caue-
tur per Reg.pragmat. primam
Comitis Mirandæ, quæ pœna
à Procuratoribus quoque exi-
gitur.
18 Quarta eſt exceptio, quod
contractus ſit vſurarius, quàm
poſſe opponi dixit Barz.par.3.
quæſt.7. & Grauin. vbi ſupra
declar.17.num.33. quando au-
tem ſit vſurarius; vide in locis
ordinarijs.

Hic autem aduerte, quod ſi
actum eſſet coram Epiſcopo
ſuper contractu vſurarij, vel
aliter nulli reſciſſione, & con-
ſtaret de vſura,vel nullitate,ac
in promptu obijceeretur coram
iudice laico per debitorem,
qui iam fuiſſet citatus ſuper
tenore inſtrumenti, tunc inſtru
mentum ad ritus formam exe-
cutionem non merebitur, ita
Vrſill.ad Affl.dec.32.n.4. con-
ſtare autem dicitur per ſenten-
tiam,vel publicationem factã,
vt ſupra Rub.Fuerit ab eo præ
uentus nu..... notabiliter di-
cebamus.

Quinta eſt exceptio ſimula-
tionis contractus, quę opponi
etiam poteſt ſecundum Canar.
quæſt.13.ad quem recurre in
contingentia facti; nam decla-
rat multa ad materiam perti-
nentia,& quod debitum ex vna
19 cauſa iuſta conuerſum in con-
tractum mutui non faciat con-
tractum ſimulatum per doctr.
Bart.in l.ſi ex pretio C.ſi cert.
petat.& Grauin. vbi ſupra de-
clar.19.n.35.& Robert.conſid.
4.num.56. vbi de probatione
ſimulationis,& tandem Carau.
rit.166.num.58.& de ſimulatio
ne contractus extat notus tra-
ctat. Bartolomæi Veronenſis,
quem Cæpollam dicunt videto
20 ipſum poſt cautelas folio mihi
583.

Ea autem exceptio excludi-
tur per clauſulam in inſtrumen
tis apponi ſolitam, omnia, &
ſingula vera eſſe dixit, vt per
Vrſill.ad Afflict.dec.263.nu.4.
21 Sexta eſt exceptio falſitatis,
quam opponi poſſe dixit Barz.
in d.tract.part.3. q.6.Gramm.
conſ.ciuili 86.Graui. vbi ſupra
decl.20.nu.36. & Rober.vbi ſu
pra num. 49. vbi qualiter pro-
betur falſitas allegauit Bart.in
l.in exercendis C.de fid.inſtru-
ment. & quod ſi in particula in
ſtrumenti reperitur falſitas,to
tum dicatur de falſitate ſuſpe-
ctum,atq; ei non credatur, l.1.
in fin.de fid.inſtrum. gloſ. in c.
ſi ad ſcripturas 9.diſtinct. & ſic
ſi ex facie inſtrumenti apparet
P ali-

aliqua, impediretur liquidatio, & carceratio ſicut in alijs exceptionibus promptuarijs, vt infra nu.ſeq.

22 Septima, quòd teſtes ſcripti in inſtrumento non ſunt omni exceptione maiores Grauin. decl.21.nu.38.

Verùm hic eſt aduertendũ; quam de rigore iuris licet exceptio prædicta ſolum à reo oppoſita, & non aliter probata impediat carcerationem, cum conſt. inſtrumentorum, teſtes tales requirat, & creditori cõuenienti, qui inſtrumento innititur, & conſequenter dicenti teſtes in eo deſcriptos eſſe omni exceptione maiores, incumbat onus probandi l.ab ea parte, & l. verius ff. de probat. & hanc partem ſecutus ſit Affl. d.conſt.num.32. & Frecc.par.5 per tot.tamen practica hodierna aliter docet ſecundum ipsũ in fine, quòdque niſi reus probet in promptu defectum teſtium nõ euitet carceres, quos demum euitet docto eorum defectu, dixit Cauen. in d. ritu 166.num.29.refert, & ſequitur Grauin.vbi ſupra declarat.21. num.38.

23 Exceptione verò maior dicitur teſtis, contra quem nihil opponi poteſt, gloſ.in cap.1.de conſanguin.& affinita. & §. itẽ verborum inſt.de inutil. ſtipulat. Affl. & in Conſt.inſtrumentorum.num.31.in Conſtit.quæſtiones iuriſperitorum num. 9. & in Conſtic. corruptelæ, num. 9.quod ſcilicet ſit probatæ vitæ, & famæ, & ſic non vilis, non infamis, vel aliàs inhabilis, & quadraginta duas inhabilitates recenſet Affl. in conſt. mores diſſolutè viuentium.

Octaua eſt exceptio vis, doli, vel metus, de quibus per Canar.quæſt.12.in fin. & Grauin. declar.22.num.39.p.5. & hoc

24 caſu ſi promptuaria probatio doli, vis, & metus probari poſſet per teſtes, vel per proceſsũ alias factum, & compilatum, non eſſet neceſſaria alia abſolutio à iuramento ad hanc exceptionem opponendam cõtra tertium agentem, ita Affl. & ibi Vrſill.in dec.263. per S. C. deciſum fuiſſe dixerunt.

Nona eſt exceptio reſtitutionis in integrum ex aliqua iuſta cauſa, exemplum extat in dec.

25 Affl.322.à num.8.vſq. in fin. & quod opponatur dixit Grauin. par.5.decl.3. & Carau.rit.166. nu.52. quod, ne videamur contrarij per dicenda in ſeq.rub.) intellige vt per ipſum Carau.

Decima, & vltima cęteris omiſſis ſolet eſſe exceptio nullitatis, Gramm.conſil. ciuil.95.

26 ex aliqua cauſa, vt quia vſurarius, vel factus aliàs per inhabilem, vel per vim, & metum ex prædictis, vel quia intentatur remedium, l.2.C.de reſcinden.vend.

Et

Et in ſumma omne quod perimit obligationem, vel actionem creditoris opponi poteſt, Rob. vbi ſupra nu. 71.

Quæ ſingulæ exceptiones ſi in prõptu probentur nulli dubium eſt, quòd liquidationem, & debitoris carcerationem impediunt, tum quia ritus noſter 166. nullã reijcit exceptio-
27 nem, tum quia, licet rejceret, vel differret, non debet extendi legis reiectio, vel dilatio ad eas, quæ in promptu probari poſſunt, ita text. quem ad hoc ſummat Bart. in l. ſi is, à quo in princ. ff. vt in poſſeſſ. legat. Roman. conſ. 244. n. 6. atque innumeri relati per Carau. d. rit. n. 56. cum ſequ. vbi nu. 60. proba-
28 tionem in promptu fieri dixit per inſtrumentum publicum, & ſcripturas authenticas per ritum 171. ſcripturæ vero authenticę dicuntur partita publici banci, acta iudicialia, & copia cum fide, & ſigno Notarij inſtrumenti quietationis, & hoc quando inſtrumentum confectum, eſt ſtipulatũ infra dietam, ideſt viginti milliaria, & Notarius, & teſtes viuunt, aliàs non, ita Rob. conſid. 4. nu. 53. & ideo ego aduerto. quod ſub dicta copia inſerantur quoque teſtes viuentes, & in calce poſtea fiat teſtimonium per illos de regimine loci, vbi eſt Notarius, & teſtes qualiter viuunt, & hoc ad maiorem cautelam, cum ex diſpoſitione l. fi. C. de ſacroſ. Eccleſ. viuere præſumãtur, ſit demum probatio per teſtes per ritum 175. & nos quoque ſupra tetigimus.

Sed quid? Pendente termino dato, vt ſupra in principio rubricæ, & conſtituto in carceribus debitore comparet creditor, & dicit, quòd vult exequi facere in bonis dicti ſui debitoris carcerati, qui replicat, quod pendente dilatione data non poteſt exequi, quid iuris? Reſolutiuè dicas, quod non po-
36 teſt, ex quo dilatione pendente officium iudicis conquieſcit l. ſiuè pars C. de dilatio. cap. ſignificante, de appel. adeo quod quicquid fieret, nullius eſſet roboris, & momenti, vt per Rober. vbi ſupra nu. 46. & add. notab. ad eum. Eſt tamen verum, (vt idem dixit,) quod ſi carceratus non poſſideret immobilia, ſed tãtum mobilia, de quorum dilapidatione dubitaretur, poſſunt ea ſequeſtrari quouſque debitor non præſtiterit cautionem de ſoluendo in caſu ſuccumbentiæ per notata ab Angelo in l. ſi debitori ff. de iudicijs, & Iaſo. in l. 2. ff. de re iudic. num. 17.

Vltimo quæro, debitor carceratus eſt adeo pauper, quod non habet vnde ſe alat, petit à iudice, vt vel liberetur, aut creditor expẽſas ſubminiſtret, an benè dicat, & ſit audiendus?



Digitized by Google

Dicas, quod ſic ſecundum gloſ. 30 in l.fi.C.de erogat.milita. annonæ lib.12.Bart.in tractat. de carcerib.nu.30.in fi. Lanfranc. dec.77.& Iaſ. in §. item ſi quis n.94.inſtit.de actio.ſecuti ſunt Paris in ſyndicat.verſ.expenſæ num.1.Guid.Pap.dec.211. nu.2. Affl. & alij notati ad eum per Vrſill dec.71. Annius vterque per multa in ſing.179. idem filius in nouiſſimis addit.nu.454 & Scaglion.in ritu 166.qui ſibi eſt 163.num.34. Oliua in rit.4. Archiepiſc.Curiæ num.10,11.& 15.in fin. ; atq; idem Scaglion. in pragm.2.de ceſſ.bon.num.1. & eo caſu (vt dixit Rob.conſider.4.num.72.) ita procedi ſolet, quod præſentata petitione, vt ſupra, ſit citatio contra creditorem, vt veniat ad ſubminiſtrandum expenſas carcerato, ſtante paupertate, & vt in prima die compareat ad videndũ iuramenta teſtium ſuper paupertate, & conſtito ſummariè de ea ſit decretum, quod creditor infra biduum ſubminiſtret expenſas debitori ſuo carcerato, aliàs liberabitur, infra quod ſi non ſubminiſtrat, interponitur aliud decretum, quod ſubminiſtret infra aliud biduum, alias liberetur; & ſi incipit ſubminiſtrare, & inde deſiſtat, interponitur aliud decretum, quòd continuet expenſas, & alimenta aliàs liberetur, & liberatus ſemel occaſione prædicta non carcerabitur iterum ſine iudicis licentia maximè eadem cauſa paupertatis vigente, vt per Scaglion. d.pragm.3. 31 num.1.de ceſſ.bonor. Expenſæ autem ſolent taxari ad rationem vnius ducati pro quolibet menſe ſecundum ipſum, niſi carceratus ſit perſona qualificata, & nobilis, quia tunc creſcnt arbitrio Iudicis per doctr.Iaſ.in §.item ſi de dote num.7.inſt.de act.

32 Neque credas tu antiquitatis perſcrutator, quod hoc ſit nouis legibus conſtitutum: ſed ſcias lege duodecim tabularũ id introductum, quæ loquens de addictis dicebat. Si volet, ſuo viuito; ni ſuo viuit, qui eũ vinctum habebit libras farris in dies dato.

Hæc Gellius lib. 20. noct. atticar.cap.1.& Alcia.lib.1. parergon. cap.17.hinc libella dicitur media libra, de qua in l. iudices C.de Epiſcop.audient. ſiue dimidia chęnicis, quę chœnixerat menſura tritici quantum quiſque vno die comederet. Ioannes Paulus Galterius V.I.D.

Qui-

# Quibus demum probatis, vel ſatisfactione facta Curiæ, & creditori, liberetur. Rubrica vltima:

## SVMMARIVM.

1 *Dicere, & allegare non ſufficit, niſi probetur.*

2 *Practica circa exceptionũ, probationem factam, vel non factam.*

3 *Reſtitutio in integrum in criminalibus denegatur, & per conſequens in cauſa inſtrumentorum liquidationis, & cautela ad obtinendum num. 4.*

5 *Depoſitum tollit criminalitatem, & iuditium extraordinarium efficit ordinarium ſuper reſtitutione, vel repetitione pecuniæ.*

6 *Probationes exceptionum debent in cauſa inſtrumentorum fieri iuris ordine ſeruato.*

7 *Debitor ſi carceratur vigore liquidationis aliàs facta, & dicit ſoluiſſe ex præſumptione, quia ſletit alias carceratus, an audiendus?*

8 *Conſequentia non valet fuit debiior carceratus, ergo creditor exegit.*

9 *Carcerati pro debito, tempore æſtiuo excarcerantur ſub forma.*

10 *Satiſfactio facienda* Curiæ *in cauſa inſtrumentorum quanta ſit.*

11 *Creditoris ſatiſfactio quo ſe extendit.*

12 *In cauſis notorijs nullæ ſunt partes iudicis, niſi exequi.*

13 *A decreto quod inſtrumentum exequatur non appellatur ad effectum executionis retardandæ.*

14 *In expenſarum taxatione quæ veniant.*

15 *Author extremam manum impoſuit operi primo loco edito, die primo Auguſti 1593. vbi quando ſecundæ editioni.*

CVm ſatis quidem non ſit dicere,& allegare,niſi allegata probentur, l.1s,& l.eum,qui, & l.ab ea parte,ff.de probat.& l.non ignorat.C.qui accuſare non poſſ. cum ſimil. ideò debitor allegatis exceptionibus, & dato termino in cauſa eas probare ſtudeat, & ſi vnam ex ijs probauerit, euitabit ſolutionē debiti, pœnam Curiæ, expenſas,& carcerationem, & creditor punietur,vt ſupra diximus, alioquin vltra, quod non excarcerabitur, luet etiam pœnas, de quibus in præcedentibus,probatio verò fiet iuris ordine ſeruato ſcilicet citata parte ad videndum iuramenta teſtium l.ſi quando C.de teſtibus fit publicatio, & concluſio, & profertur ſententia: Eſt tamen verum, quod diuerſimodè pra-
2 cticatur circa hos actus,quia ſi carceratus non probauerit exceptiones facta publicatione fiet concluſio, & profertur ſententia condemnatoria,vt in ritu 168 & 179.qua ſententia condemnabitur debitor ad ſortem principalem,& tertias, nō autem ad pœnam dupli fortè, vel aliam ita in d.ritu.168. habetur,& huiuſmodi ſententia habet vim diffinitiuè, vt per Grauin.par.4.declar.14. nu.99.

Si vero probauerit exceptiones,& tunc ſtatim facta publicatione abſque exſpeditione aliorum actuum excarcerabitur,ita per ritum 166. in fine ibi de facto, dixit Ioannes de Amicis conſ. 66. relatus per Grau.p.4.declar.14. num. 67. & Carau. d.rit. 168. ſexto not. num.5.

Sed circa prædicta quæro, quid dicendum? Mulier dato termino in cauſa exceptionem aliquam ex prædictis non benè probauit,petit ſibi concedi beneficium reſtitutionis in integrum, an ſit concedendum? & breuiter dicas ſecundum Robertum conſider.4. nu.5. quod non debet concedi, quia cauſa ſuper liquidatione,& executione inſtrumentorum propter periurium eſt criminalis, vt ſupra diximus rubr. audiātur excuſatores num. 1. & in criminalibus reſtitutio in integrum
3 denegatur, vt per Spec. in tit. de except. §.3.num.8.& Barto. in l.auxilium ff. de minor. Vnde cautela ſecundum ipſum
4 eſt, vt mulier ad ritum conuenta, vt euitet rigorem iuditij criminalis faciat depoſitum debiti, & exceptionem opponat; quod depoſitum licet debeat creditori liberari cum cautione, ſi tamen ipſa plenè non probauerit in primo termino, poterit petere beneficia, & obti-
5 nebit: nam per depoſitum eſt ſublata criminalitas,& iuditiū effectum ordinarium ſuper re-

ſi-

ſtitutione ; ſeu repetitione pecuniæ per condictionem ſine cauſa , per notata à Bart. in l. Iulianus ff.de condict.indebit. & l.1.§. & parui ff.quod vi,aut clam.

6 Probationes vero debent fieri iuris ordine (vt ſuperius dictum eſt ) ſeruato, vt per Robert.conſid.4. num.48.

7 Secundò pone,quod debitor vigore liquidationis aliàs factæ, & executionis perſonalis ſtetit carceratus; inde fuit excarceratus, & demum iterum carceratus primarum liquidationis, & executionis vigore, replicatque debitor non poſſe detineri,quia ſatisfecit,&quod ſatisfeciſſe, & ſoluiſſe credendũ eſt, cum aliàs carceratus à carceribus liberatus non fuiſſet, niſi facta ſatisfactione, vel ſolutione creditori ex ritu 179. an benè dicat quæritur? Et reſolutiuè dicas, quod non, pri-
8 mo quia non ſequitur fuit carceratus ergo creditor exegit, ſecundum Bald. in conſ.26.nu. 4.volum.1,

Secundò, quia non dicitur exactum,quod adhuc debetur, & quia potuit excarcerari propter temporis prorogationem;
9 vnde probabit ipſe ſolutionem ita Carauit. d.ritu in fine. Vel propter tempus æſtiuum à die 20. Iunij per totum menſem Iulij, quo caſu ſeruatur,vt præſtet cautionem de ſoluendo,vel concordando partem infra certum tempus; & fiſcum pro pœna, vel de redeundo ad carceres ipſo finito, vt in pragm. 2.de offic.Mag.Iuſtic.& non adimpletis promiſſis actuarij tenentur adire ex iudicibus vnũ, & incuſare pœnas obligationũ ſub pœna arbitrio ipſius Mag. Cur.& de refundendo tantumdem fiſco, vt cauetur in prag. 11.§.item che tutte le pleggiarie ſub eod. tit.col.5.

Tertiò quæro quæ nam erit facienda ſatisfactio Curiæ? Et dicas,quod pro qualibet vncia debiti debent ſolui tareni tres,
10 duo ad minus, quod diximus in præcedentibus rubr.perſonaliter compar. accuſet contum. num.13.

(Adde. At hic libet inferere diſputatas olim, ac deciſas quæſtiones, quæ in dies occurrere, & in dubitationem reuocari poſſunt. atq; earum prima eſt. Regia, & Catholica Maieſtas (vt conſueuit) generalem concedit abolitionem, ſiuè indultum,quo remittit delinquentibus omnes,& quaſcumque pœnas etiam pecuniarias, an compræhendantur pœnæ, quæ debentur fiſco vigore incuſationis obligationum liquidarum Magnæ Curiæ Vicariæ, vel alterius Tribunalis, & Curiæ, ac liquidationis inſtru-

mentorum ? quæritur ? Hæc quæſtio poſt annum 1572. audio contigiſſe in Magna Curia quæ ſub die primo Iunij eiuſdem anni decreuit has omnes pœnas pecuniarias prouenientes ex obligationibus Curiæ incuſatis, & inſtrumentis præſentatis ſecundum formam ritus Magnæ Curiæ Vicar. 166. & etiam pœnas ob non paritionem mandatorum d. Mag. Curiæ comprehendi ſub indultu. Cuius decreti habita notitia per Catholicam Maieſtatem ſuis regijs literis ſub datū 16. Decembris 1573. mandauit Illuſtriſs. Card. Granuelæ tunc Proregi, vt ipſam Regiam Maieſtatem certiorē redderet de cauſis, ex quibus ita fuiſſet iudicatum, quod cum fuit executum, expedita conſultatione per d. Illuſtriſs. Cardinalem ſub die 5. Aprilis 1574. nihilominus Regia Maieſtas mandauit ſuis Regijs literis ſub die 7. Auguſti 1574. vt in Regio Collat. Conſ. congregarentur S. R. Conſilium, Regia Camera Summariæ, & Magna Curia Vicariæ, & iterum votaretur an dictæ pœnæ de iure ſub indultu comprehenderentur: ideoque pro executione regij mandati congregatis viginti tribus dominis fuit habita maxima diſcuſſio, & ſatis matura deliberatio, & tandem in affirmatiuam partem concluſum, & deciſum, quaſi per omnes ea ratione; quia hæ pœnæ proueniunt ex delicto periurij, & contumaciæ, quod & quas non ſoluentes incurrunt, quod periurium crimen eſt; ad text. in leg. final. C. de crimin. ſtelliona. & in Regno eſt pœna inciſionis manus per conſtitut. Reg. eos, qui ſcienter, quæ hāc pœnam peierantibus tam in iuditio, quam extra imponit; ex qua Conſtitutione ( vt ibi inquit Andreas ) emanauit practica Magnæ Curiæ quod contra non ſoluentes ſtante iuramento, & periurio incurſo poſſit procedi criminaliter nedum ad debitum; ſed etiam ad pœnam, quæ erat amputationis manus, licet hodie ea pœna non practicetur, at ad pænę pecuniarię, quæ eſt in eius pœnę corporalis locum ſubrogata, executionem tantum procedatur. Item alia practica laudabilis ritus noſtri 266. vt in hoc noſtro opere, vt debitores præfati citantur, vt perſonaliter compareant reſponſuri ſuper tenore publici inſtrumenti, & alias vt in præcedentibus rubricis ſatis abundè dictum eſt; & ſi comparet debitor, & non docet in promptu de ſatisfactione, tunc tanquam periurus carceratur, & ad pœnam condem-

demnatur, & ei extra carceres non datur terminus ad probandum ſatisfactionem, ſed in carcere exiſtenti: & ſi non probet etiam pœna ab eo tanquam periuro exigitur. Si vero debitor non comparet, & eſt contumax, exigitur ab eo pœna tanquam à periuro, & pro contumacia poteſt imponi etiam pœna omnium bonorum de iure communi, vt per Andr. in capit. 1. §. hæreditatem num. 12. de pac iuramen. firmanda: Nam contumacia eſt delictum graue, & cum hæ pœnæ proueniant ex delicto periurij, & contumaciæ, & delicta ſint ſublata per indulgentiam, conſequens eſt, vt dicamus, quod ſublata culpa, auferetur etiam pœna: & cum indulgentia loquatur de omnibus pœnis quomodocunque debitis etiam pecuniarijs, & pecuniariæ prouenientes ex delictis etiam grauioribus ſint per indulgentiam ſublatæ, ergo dicendum eſt has includi ne dum ex mente, ſed etiam ex ipſius verbis, & ita deciſum refert Grammat. deciſio. 4. ſub anno 1536. & ſic quoque inde deciſum dicto die 20. Nouembr. 1574. in obligationibus Magn. Curiæ idem fuit conſideratum nempè periurium commiſſum in iuditio, à quo ſumit calorem obligationum executio per diſpoſitionem leg. eum, pro quo. ff. de in ius vocando. Affict. deciſion. 30. & deciſion. 64.

Altera, & ſecunda quæſtio fuit, an huiuſmodi indulgentia comprahendat vaſſallos Baronum huius Regni, ita vt in præiuditium ipſorum Baronum quoad prouentus acquiſitos tendat? Super qua Illuſtriſſimus Cardinalis prædictus mandauit congregari omnes Officiales Ciuitatis Neapolis etiam incluſis iudicibus criminum Magnæ Curiæ Vicariæ, in quo Tribunali dubium acciderat, & congregatis viginti duobus Officialibus die primo Iulij milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo tertio, ortæ ſunt quatuor diuerſæ inter eos ſententiæ. Prima fuit indiſtinctè in partem negatiuam inclinans. Secunda in affirmatiuam. Tertia, quod reſpectu corporalium pœnarum non pecuniariarum compræhenderentur. Quarta, quod Regia eſſet conſulenda Maieſtas. Tamen, quia pro ſecunda ſententia fuerunt vndecim vota, cum pro prima tria, pro tertia ſex, & pro vltima vnum fuiſſet. iuxta ſecundum fuit deciſum dict. die primo Iulij milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo tertio, pro qua ſue

fuerunt conſiderata nonnulla, quæ libet ſubijcere; quia pulchra ſunt, & notatu digniſſima deſumpta ex deciſ. Dom. Regentis Moles dec. 64. ex qua præfata percepimus. Primũ, quia quantumuis Rex concedat Baronibus iuriſdictionem, nunquam in conceſſione dominium ſupremum, ſupremãq; ipſius iuriſdictionem concernentia veniunt, ita placuit, Andræ iu conſt. ea, quæ ad decus, & Luc. de Penn. in l. contra publicam C. de re militari lib. 12. quo loci ſubiunxit, quædam eſſe reſeruata taliter Principi, vt ab eo ſint inſeparabilia, & enumerat caſus: & melius in l. 1. C. de priuileg. ſcholar. lib. 12. & in l. 1. C. de veteran. lib. eodem, & in l. quicunque C. de omni agro deſer. lib. 11. refert alios Couarru. lib. pract. quæſt. q. 4. in princip. author quidam §. 1. glo. 5. num. 33. Alberic. in l. fin. num. C. de iuriſdictio. omn. iudicum. Iacobin. in inueſtitura §. de caſtro 1. col. n. 6. §. dictiq; vaſſalli num. 3. & inter alia iura Principi reſeruata & quæ non veniunt in conceſſione facta Baroni quantumuis amplũ eſt hoc ius remictendi delicta, & concedendi generalem abolitionem per text. in l. 1. ff. de conſtitut. Princip. in final. verbis, notatq; Andr. in c. 1 verſ. & bona committen. crim. læſ. maieſtat. poſt num. 75. quæ ſint regalia. gloſ. in l. abolitio Ad. Sac. Conſ. Turpillian. refert Lucas inter alios caſus in loc. ſupra allegatis. Nec ius commutandi pœnas, illáſq; indulgendi Baronibus conceſſum quicquam commune habet cũ hoc noſtro Regali ſoli Principi reſeruato. Quicquid tamen ſit, vel fuerit dicta indulgentia cautum, cuius tenorem habes in pragm. 7. de abolition. vidimus in generalibus abolitionibus inde ſecutis de ann. 1600 & anno 1605. de quibus pragmat. 11. & 12. de abolit. quoad pœnas pecuniarias debitas fiſco conſtitutum, & per Regem factam moderationem reſpectu vaſſallorum demanialium, dummodo pęna, mulcta, vel cõdemnatio realiter exacta, incorporata, aſſignata, acceptata, vel compoſita non ſit, vel aliter pro ea cautum, & quo ad Barones dictum eſt indulgentiam comprehendere eorum vaſſallos exceptis caſibus in quibus de pœna pecuniaria tractari contigerit, & ſic patet quod in effectu tertia, & quarta opinio ex prædictis præualuit. non tamen eo inficias quod licet Moles referat in caſu prædicto fuiſſe deciſum pro ſecunda opinione: tamen ex pragm. 8. de abolition. patet ſecundum tertiam opinionem

eam

eam emanaſſe. Tu cogitabis.

11 Creditoris autem ſatisfactio erit intelligenda non tantum pro debito principali; ſed etiã pro expenſis legitimè in cauſa factis,& per iudicem citato ipſo debitore taxatis ſecundum Bald. in l. terminato num. C. de fruct. & litium expen. ad quam taxationem proceditur abſque condemnationis decreto: nam eo ipſo, quod eſt liquidatũ inſtrumentum, tacitè intelligitur facta condemnatio expenſarum. inſtrumentum enim habet vim notorij, Affl. in conſtit. in pecuniarijs num.
12 25. & in notorijs partes iudicis ſunt in exequendo Gram. deciſ. 35. num. 40. & ita ſeruari dixit Robert. conſiderat. 4.
13 num. 78. vbi etiam dixit, quòd à ſententia, quod inſtrumentũ exequatur, non appellatur ad effectum executionis retardandæ, Canar. quæſt. 46. de Barzis p.2.q.14.& Grau.p.4.declarat. 17. vbi de limitationibus quatuor. Hinc eſt, quod ſi ab inferioribus Regni iudicibus ad Magn.Cur. appelletur à liquidatione inſtrumentorum facta, non fit inhibitio in forma; ſed quod tranſmittantur acta, & interim debitor in carceribus permanebit. At in expenſarũ taxatione veniunt non tantum acta iudicialia, ac etiam ſalaria Procuratorum, & Aduocatorum, & erogatio Notariis, & Iudicibus ad contractus facta in deſcriptione, & reaſſumptione inſtrumenti in forma probante producti Bald. num..... & Salycet. num..... in l. non ignorat C. de fruct. & litium expenſ. idem Bald. in l. eos nu. C. de vſuris, & Lanfranc. deciſ. 35. ac Robert. vbi ſupra nu. 76. & 77. ſentit Frecc. p 9. q. 16. & practicari dixit Anna in ſingul. 141. Et de materia expenſarum videto notata à Carau. in rit. 267. & 298. & 310. & Alber. Oliuam in rit. 14. Archiepiſcopalis Curiæ Neapolitanæ nu. 10. 11. & 15.

Quibus omnibus adimpletis, & creditoribus ſatisfactis non eſt dubium, quod debitor liberatur à vinculis, à quibus quẽadmodum liberauit Diuum Petrum, cuius feſtum primo
35 Auguſti 1563. quo finem huic practicæ ſecundùm primam impreſſionem impoſuimus, celebramus ita ab omnibus periculis inimicorum (maximè mundi, in quo vigent inuidi, qui mihi ſemper magno damno fuerunt) interceſſionibus Diuorum martyrum Ioannis, & Pauli vnde nomen habeo, ac omnium Sanctorum, in quorũ feſto die primo Nouembris 1608. vltimam manum Additioni ſecundæ cum additionibus admouimus, corpus & ani-

ni-

nimam meam liberet ipſamq; ab eius carcere ſolutum per Sanctos Angelos ſuos perduci faciat per meritum ſuæ paſſionis ad ſanctum Paradiſum Dominus noſter IESVS CHRISTVS cui cum Patre, & Spiritu Sancto, cũ matre MARIA ſit laus, honor, & gloria per infinita ſæcula. Amen.

Ioannes Paulus Galterius V. I. D. Altimontanus annotabat, & colligebat.

FINIS.

Imprimatur.

Alexander Boſchius Vicarius Generalis.

Alexander Ruſſus Canonicus Neapolitanus Deput.

Ioannes Longus Canonicus Neapolitanus, & Curiæ Archiep. Neap. Theol. Dep.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google